datoris gloriam aſſurgit vel gratiam que
rit. aliquotiens tamen ad ſe reuerſus com
pungebatur. nec illius carnalitatis impu/
ritatem ferebat eſſe impunitam. Tandem
pepigit fedus cum deo vt ſumptis pennis
columbe in peregrinam regionem vel in in
uiam ſolitudinem auolaret. vbi ignotuſ ve
lut ignobilis viueret vbi puritatis vel pa/
cis interne ſoliditatem ſuaret. Sed qꝛ al/
ligatus erat vxori cor eius ad ſui ꝓpoſiti in
clinauit aſſenſum. Que qdē querulos ge
mitus ingeminare cepit ⁊ ſingultus cōcuſ
ſo pectore cum lacrimis dixit. Quāuiſ mo
leſte dulciſſimi vultus tui ſuſtineam abſen
tiam. hoc ſolum tamē amaricati cordis ha/
beo ſolacium ⁊ gloriādi priuilegium ꝙ a/
mori meo ſolum video preponi xp̄um. Et
quia hoc ſanctiſſimum votum ſcio liberū
te dimitto tantum vt amore caſto me cor/
de retineas. Illo exulante ſed in gaudio vi
ctricis conſciētie exultāte materfamilias
ſoluta a lege viri iā licentius que xp̄i erāt
cogitabat ⁊ liberalitatem in paupes exerce
bat. ¶ Interea puulum ſuum a lacte ſuſpē/
ſum a cunis abſtractum ꝓpenſius nutrie/
bat ⁊ delicijs reficiebat. Omni die aut ma
tris habebatr̄ gremio aut pendebat e collo:
omni nocte inter matris vbera morabatur
omni in loco in memoria verſabatr̄. Sic ſuc/
cedentibuſ infantie puericia ⁊ puericie ado
leſcentia. etiam tunc mater non eum ab am
plexu arcebat non ab oſculo repellebat nō
etiam a lecto. Quid plura. Carnalis amor
qꝛ non inuigilauit cautele ſe inclinauit cor
ruptele. filius ꝓ marito admittitur. conce
ptoqꝫ fetu mater miſera corde ⁊ corpe āgu
ſtiatur. Et impellente hincinde verecūdie
⁊ doloris eſtu pene in deſperatōnem labitr̄.
Spe autem venie ducta ⁊ aīmata non deſi
ſtebat a ieiunijs oratōnibꝫ vigilijs elemo/
ſinis. Interim veſte ad hec ꝯgrua ventrꝫ ve
lato tumore ⁊ per falſam hilaritatem vul/
tus cordis diſſimulato dolore ventum ē ad
diē ptus. ⁊ tūc magna velut mare ꝯtritō ei
us. Hinc eīn ſua debāt dolori ſilētium tior
⁊ verecūdia. hinc impellebāt ad plāctū do
lor ⁊ anguſtia. Sic naſcitr̄ infelix puer ſum
pturus de ortu occaſum de initio finē. Nā
ſeua tigris vix bene natum arripiens ſuffo
cauit ⁊ ſuffocatum in ima latrine ꝓijciens
ꝓpera ſepultura damnauit. Et tunc qdem
hoīes tam grande piaculum latuit ſꝫ mun
di princeps cum in aīa captiuā mulierē te
neret cogitauit vt ꝯmunē trophꝫam ꝺ ip/
ſa ſtatueret volens etiā in eā ſeuire flagelliſ
que ſibi ſuierat in flagitijs. ¶ Sūpto igitr̄
demon ſcolaris clerici ſcemate romam ve
nit. curiam intrauit. ꝓceres ſalutauit. In/
terrogatus quis eſſet. clericus inquit ſum
potens in ſcripturis. Nullus mihi ſcōs in
qſtionibꝫ ſoluēdis. in ſecretꝫ edicēdis. Et
vt pitie mee certā hēatiſ experiētiā dicat qſ
qꝫ qdquid perdiderit ⁊ ego manifeſto illi
furti auctorē. Auditiſqꝫ oīm cauſ certo ve
ritatꝫ teſtīo ſingulr̄ ſatiſfaciebat ⁊ furti reum
fugā etiā ſi fur aufugiſſet ꝓpalabat. Ad no
ui famā ꝯiectoris tā exteri qꝫ indigene cō
ueniebāt latrōes diffugiebāt: aut eſſe qles
fuerāt deſinebāt. ¶ Interea dū ſic placens
regi ⁊ optiatibꝫ eiꝰ plebi ſua dāna reſartit
de ore ſuo pendētē ipo rege pñte turbā cir
cūſtātē ſic allocutꝰ eſt. Si vos credulos ⁊
attētos polliceamī auditores mira loqrer.
Et qdē vix credibile auditu. horribile di/
ctu. crudele actu vobis enarrarē. Me dñi
ꝙ nō eſtis ꝯſumpti ꝙ roma funditꝰ nō cor/
ruit cū facinꝰ ꝑ oībꝫ ꝺteſtabile ī ea patratū

ſit. Mulier enim iſta quam ſanctiſſimam
dicitis que in vrbis veſtre plateis ⁊ angu
lis ſibi per ypocriſim fame titulū erexit: ſce
leratiſſima eſt ⁊ omnium crudeliſſima feīa/
rum. Nam de ꝓprio filio ↄceptum filiū ꝓ/
prijs manibꝫ trucidauit ⁊ ne videretur in
latrinam ꝓiecit. ¶ Ad hanc vocem omēs
ↄſternati noli inquiūt blaſphemare mundi/
cie ſacrarium pietatis templum. Multe fe
mine ↄgregauerunt diuitias ſed hec ſuper/
greſſa eſt vniuerſas. Hoc eſt inquit ille q̄d
dixi ꝙ difficile crederetis mihi. Veniat:
examinet̄ ⁊ interim rogus in media platea
paretur in quo ſi cōfeſſa vel conuicta fuerit
viuens incendatur. Sin autem ego ligatiſ
manibꝫ a tergo: medijſ inijciar flāmiſ. Pla
cuit regi ⁊ ſatrapis eiuſ ⁊ miſſis ſatellitibꝫ
iuſſit eam honorifice introduci. Cui intran
ti palacium om̄es aſſurrexerūt. Rex autē
ipſe ſedē ei parari iuſſit ⁊ ſibi conſedere fe
cit. factoq̄ ſilentio ait ei. Non te latet no/
ui fama vatis quem ſuſcitauit deus in ſalu
tem romane gentis. Q; autem non parū
dolemus in multis te accuſat ⁊ non ſatꝫ cre
dibilia nobis contra te dicit teſtimōia Cō
fitere ergo ſi quod feciſti peccatū ⁊ da glo
riam deo vel purga te a crimine obiecto
Illa autem vnctōne que de omnibꝫ docet
inſpirante reſpondit Quoniam grauis eſt
cauſa ⁊ nil ſine conſilio facere docet ſapiēſ
nec ego tutum fore credo coram rege ⁊ pro
ceribꝫ eius ſine cōſilij patrocinio allegati/
onem meam exercere. Sic acceptis indu
cijs egreſſa eſt. Non eſt ↄſilia in hoīe ſed
toto corde per penitētiam confugit ad xp̄m
¶ Vir autem vite venerabilis lucian⁹ no/
mine: tunc temporis romanam ornabat ca
thedram. Eius pedibꝫ ꝓuoluta cum gemi
tibꝫ cordis ⁊ torrente lacrimaꝝ calamita/
tis ſue recenſuit hyſtoriam. Ruptiſq̄ ve/
ſtibꝫ ⁊ euulſis crinibꝫ requiſiuit ab eo vtrū
ꝑ quodcūq̄ malagma penitētie curari poſ
ſet vulnus peccatricis conſciētie At ille vi
dens compunctōem in ea eſſe vehemētem
⁊ totus ſuꝑ eam pietatis viſceribꝫ affluēs
ↄſilijs in dei miſc̄dia reatus veniam ⁊ vite

remedium ꝓmiſit dicēs. Animequor eſto fi
lia. quia maior eſt dei pietas q̄z queuis ini
quitas. Nam et petrus per lacrimas non
ſolum reatus ſui veniam ſed apoſtolici prin
cipatus obtinuit dignitatem. Sic Maria
magdalena per ſanctificatōnem lacrimarū
de vaſe contumelie meruit effici vaſ glorie
Mariam vero matrem ihesu xp̄i cōſulo vt
pre omnibus inuoces: eamq̄ aſſiduis pre
cibus frequentes. Ipa eniꝫ vnica ſpes re
conciliatōnis humane. ipſa precipua cau
ſa eterne ſalutis. Nolo autē tibi multa in
iungere. quia tempus habes breue. Sꝫ do
minica oratio tibi ſit abſolutō ꝓ peccato.
His ſermonibus animata mulier manus
in celum ⁊ cor ad mariam leuabat orans e/
am in multo fletu vt eius liberaretur inter
uentu ab impetitōne aduerſarij ⁊ confuſio
ne communi ¶ Statuta itaq̄ die cum fa
miliaribus petrerit ad curiam ⁊ erat eius
ſpes de celeſti adiutorio pendens ⁊ cor ma
xime in Maria fiduciam habens. Nec de/
eſſe potuit mater miſericordie tam mira/
bilibus ſuſpirijs penitentis ſed inuiſibili/
ter eam protegens preſentia ſue maieſta/
tis iudicante aſtitit ante tribunal terrene
maieſtatis. Hac igitur beata comite muli/
er munita intrauit conſiſtoriū: et a rege ⁊ a
pplo reuerēter accepta ↄſedit in medio: oī
bus fcā ſpectaclm. Tūc omnium ore clau
ſo et aure aperta rex ait clerico. En quam
accuſaſti. domina preſens eſt. narra ſi quid
habes. At ille intuitus mulierē. mirabatur
que hec eſſet. Reuera inquit eīn. non ipſa
erat que prius. ſed altera. quia ꝑ gratiam
ſancti ſpiritus alterata. Cunq̄ omnes in
ſtarent vt loqueretur. non eſt inquit hec ī/
ceſtuoſa et hoīcida illa quā accuſaui. Hec
eſt eīn ſancta hec ſpecioſa inter filias hieru
ſalem. Hec eſt que aſcendit de deſerto deli
cijs affluens. innixa ſuꝑ dilectam ſuā. Q̄d
eīn dicere timeo. et tacere non poſſum. ma/
ria mater hieſu ei aſſiſtit. eāq̄ ↄfouet et cu/
ſtodit. Ad hanc vocem oēs in ſtuporē verſi
frōtes ſuas vexillo crucꝫ armauerūt Et dia
bol⁹ virtutē ſigni ſaluatorꝫ ñ ſuſtinēſ q̄ fum⁹

euanuit ex oculis eorum. Omniſqȝ cōcio
gaudens marie iura gratiaꝝ pſoluit. ⁊ mu
lier ſic liberata a macula conicientie ⁊ fame
coram omni populo inuenit nomen grāde
iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra
Ex hoc exemplo ſatis claret ꝙ maria vere
eſt lapſorum ſubleuatō ⁊ ꝙ nullus ſit q̄ ma
trem domini ſinceriter diligit vel ei fideli
ter ſeruierit perire finaliter poſſit quātūcū
qȝ grauiter etiam deliquerit.

¶ Secunda ſtella tercie corone
beate v̾ginis eſt ꝙ ipſa eſt ſordi
dorum lauatio.

Beata virgo ma
ria in ſuis famulis mundiciaȝ
caſtitatis diligit. Unde de ea.
1. Reguȝ. xxv. dicitur. Ecce famula tua ſit
in ancillam vt lauet pedes ſeruoꝝ tuorum
Hec dixit abigail ad dauid id eſt maria ad
xp̄m que vult lauare conſcientias noſtras
intellectum videlȝ ⁊ affectum a ſordib⁹ vi-
ciorum. alias enim obſequium quod ei im
pendimus non eſt ei gratum neqȝ acceptū
vt ſequēti patet exemplo. ¶ Fuit quidam
miles qui licet male viueret ⁊ lubrice tam̄
ob amorem beate marie quaȝ diligebat q̄n
quaginta Aue maria quotidie dicere ꝯſue
uerat. Cum hic quadā die ꝓ ſuis negocijs
equitaret inuenit quandam eccl̄iam in quā
gratia orandi ac ſoluendi debitū beate vir-
gini declinauit. Illo autem deuote orante a
ue maria aliq̄ntulum obdormiuit. viditqȝ
in ſomnijs beatam mariam pulcerrīe ador
natam. ⁊ cum ea angelorum ⁊ virginū mł
titudinem p̄cedentem introeūtem ꝑ eccle
ſiam Unus autem portabat cibaria precio
ſiſſima ⁊ ꝑoptime parata. Cui beata virgo
dixit. Da illi ad ꝯmedendum. Uas autē
ī quo erāt illa cibaria delicatiſſima ita erat
horribile ſqualidiſſimum ⁊ immūdum ꝙ ſo
lo viſu faſtidium ⁊ abhominatōem maxīaȝ
⁊ nauſeam p̄ſtitit intuenti. Et cum. b. v̾go
eum moneret vt ꝯmederet. rn̄dit. Cariſſi-
ma domia nullo modo edere poſſum de hoc
cibo q̄muis d̾licato, ꝓpter ſordidiſſimū ſqua
lorem vaſis ⁊ eius fetorem intolerabilem.
Cui illa. Sic tu facis mihi. quia ſalutatōȝ
meam quam multum diligo ꝓpter vite tue
infamiam non accepto nec ſeruitium tuuȝ
mihi placet: quod cum corꝑe ſceleroſo et
polluto corde fit niſi ſanctificatum fuerit
Ex hoc breui exemplo ſatis clare apparet
ꝙ beate virgini ſordes non placēt. quia ip
ſa puriſſima fuit. ⁊ ergo eas in ſuis ſ̾uis re
prehendit ⁊ vt eas lauent ammonet. q̄r ve-
ſtimentum mixtum ſanguine. id eſt corpus
mortali peccato fedatum erit in ꝯbuſtionē
Yſa. ix. Ideo dicitur Eccleſiaſtes. ix. Oī
temꝑe veſtimenta tua ſint candida. Uel ve
ſtimentum mixtum ſanguine eſt conuerſa
tio polluta per luxuriam Apoca. iij. Ambu
labunt mecum in albis. ſ. ſi fuerint in albis
Et loquiť de illis qui nō inquinauerūt ve
ſtimenta ſua. id eſt corꝑa ꝑ maculam pecca
ti mortalis. Et tales debent eſſe ſerui beate
virginis Marie

¶ Tercia ſtella tercie corone be-
ate virginis eſt ꝙ ipſa eſt ceco
rum illuminatō.

Cecorum illūia
tio eſt. b. v̾go maria. vn̄ ipſa
Eccl̄i. xxiiij. dicit. Illūiabo oēs
ſꝑantes in dn̄o. Nō tā de cecitate mētꝭ q̄ȝ
corꝑis pōt ītelligi. De hoc pulcrū hr̄ exē-
plum de ceco illūiato meritiſ. b. v̾ginis in
feſto purificatōis ipius ex lib. miracloꝝ. b
v̾gīs excerptū ¶ Tpib⁹ btī bonifacij pa.
q̄ꝓut in eccl̄iaſticis hiſtorijs legiť tēplū pā
theō a foca ceſare īpetrauit ⁊ in honorē. b.
marie ſpꝫqȝ v̾gīs ac ſimul oīm ſcōꝝ ꝯſecuit
facta eſt in vrbe romana inter iudeos ⁊ ca-
tholicos nō ꝑua ſeditio. Impugnbāt eni iu
dei fidem incarnatōis ihesu xp̄i: aſſerentes
beatiſſimam mariā de ſemine ioſeph nō de
ſpūſcō xp̄m ꝯcepiſſe: adiacētes oīmodis i-
poſſibile fore v̾ginem ꝯ naturā ꝑere poſſe
Cūqȝ diutius hec altricatō rome haberetꝛ:
⁊ iā xp̄iani feruētiſſimo fidei zelo ꝓbanos
iudeos niſi citius reſipiſcerent et ad bap-
tiſmum conuolarent ex vrbe pellere vellēt:

erat quidam eiuſdem vrbis ciuis cecus na
tus: ſed tamen xpianus litteris apprime ī-
butus. Hic quadam die magno fidei amo
re ſuccenſus diſputā cū iudeis aggreſſus eſt. ⁊ tan
ta illos cōſtantia redarguit vt pene omnes
inuenirent elingues. Ad vltimum iudei iu-
dei ad conuicia ↄuerſi dixerunt. Tu cū ſis
homo peccator ⁊ in peccatis totus natus ꝗ
modo auſus es fidem xpianoꝝ defendere.
Nonne liquido patet xpm tuum adeo īpo-
tentem eſſe vt non poſſit etiam tibi lumīa re
ſtaurare. Ad hec cecus fide plenus expec-
tate inquit triduo ⁊ videbitis in me magna
lia dei viui. Inſtabat aūt dies tercio purifi-
catio ſancte marie. Quo audito iudei indi
gne tulerunt ⁊ ſubridendo dixerūt. Certe
xps tuus quem prēs noſtri crucifixerūt n̄
poteſt tibi oculos reddere. quia nec ſemet
ipſum potuit de mortis periculo liberare. at
tn̄ ſi in preſentia nr̄i te illuminauerit: ꝓ cer
to nos om̄es credere habebimus in illum.
⁊ tūc liquido conſtabit ꝙ ipſe ſit filius dei.
Cecus vero hec dn̄o apoſtolico bonifacio ī
dicauit. Tunc papa om̄ibꝫ iudeis manda
uit quatenus vnanimiter ad tēplū panthe
on ↄcurrerent in nocte purificatiōis ad vi
gilias. quod ⁊ factum eſt. Ductus eſt ⁊ ille
cecus in medium plenus fide nihil heſitās
de ꝓpoſitis. Cunctiſ ab omnibꝫ fidelibus ⁊
clero pn̄te apoſtolici nocturni hymni ibidē
dicerētur ⁊ iam octaua lectō recitata fuiſ-
ſet: cecus ſe ante altare matris dn̄i perdu-
ci rogauit. ibiq̄ canere cepit reſponſorium
illud. Gaude maria virgo cunctas hereſ.
⁊c. cum verſu vſq̄ ad finē. Quod ſibi an-
te biduum quia muſice artꝭ gnarus fuit cō
poſuerat. In quo tam viuaciter iudeoꝝ er
rorem confutauit vt ſub oculis omniū ꝗ
aderant completo verſu vera lux que xpus
eſt genitricis ſue interuentu cuius virgini
tatis integritatem in eodē cantu ydonee
defendit clariſſimū ei lumen oculorum red
diderit qui ei mētem fidei primitus illūia
uit. Quo viſo miraclo glā in excelſis deo
canitur. ⁊ vgo mater que ceco duplex lu-
men tribuit ab om̄ibꝫ honoratꝛ. Iudei q̄ꝫ
ad quingentos viros mox ad baptiſmum
ↄuolarunt. Reliqui fuga lapſi vlterius vi
ſi non ſunt. Et tunc ob memoriam illiꝰ rei
inſtitutum eſt ab eccīa vt idem reſponſori
um in eadem feſtiuitate octauum locū ob-
tinere perpetue debuiſſet.

¶ Quarta ſtella tercie corone beate vir
ginis marie eſt ꝙ ipſa eſt deſolatorum leti-
ficatio

DEſolatorū le
tificatō beata vgo maria iure
vocatur. quia de ipſa Can. i. dr
Meliora ſunt vbera tua vino. Meliora ei
ſunt vbera pietatis marie peccatoribus q̄ꝫ
auſteritas ſeueritatis iuſticie dei que ſigna
tur in vino. Ad lrām. vinum letificat car-
nem: ſed vbera iſta pietatis marie iocūdāt
mentem. Quod clare in quadam abbatiſſa
patet pregnāte. quam beata vgo ab īfamia
liberauit. ⁊ in extrema deſolatōe letificauit
Excerptum ex libro miraculorū beate v-
ginis ¶ Fuit quedam ſanctimonialiū no-
mine ⁊ actōne abbatiſſa. ſtrēnue ſancti re
giminis curam exequens ⁊ ſpirituali zelo
ſubiectam ſibi congregatōnem ad ſacri or-
dinis cuſtodiam per rigorem conſtringēs
Sed quia bonorum profectus prauis ani-
mis liuoris ingerit penas ceperunt ei mo
niales ꝓ bonis mala rependere. ⁊ pro im-
penſa mirifici cura regiminis odiorū ſtu-
dia exercere. Sociauitq̄ꝫ ſe liuori earum
inſidiatoris antiqui ſemper infeſta maligni
tas. Nam eius ſubplantata fraudibus il-
la pia mater cum dapifero ſuo inceſti crim̄
incurrit ⁊ concepit. Nec tamen deſtitit re-
gulari rigore ſubiectum ſibi gregem ad ob
ſeruantiam ordinis coartare: et inutiles va-
gandi licentias ſingulis denegare. Inſtā-
te autem tempore partus tam per inceſſū
q̄ꝫ per cibum a monialium muliebri ſagaci
tate impregnata deprehenditur. Reſq̄ꝫ ſin
gularum relatu in noticiam omnium per-
ducitur. omneſq̄ꝫ ſe in ea cauſam accuſati
onis inueniſſe exultant. quam ſuis volup-
tatibus aduerſam iudicabant. Scribun-
tur littere accuſatrices criminis dep̄hen

ep̄o in cuius ille locus erat dioceſi. Immi
net illa neſciēte pontificis aduentus. ⁊ ip̄o
onere ſuo grauis quid ageret ig̃rabat Erat
ei priuata capella vbi quotidiano vſu ſole/
bat horas beate virginis Marie dulciori
quo poterat affectu decantare. Hanc in/
grediens laudes ſolitas perſoluit. Fini/
tis horis toto corde et corpore ſe in orati/
one proſternēs. precibus lacrimoſis ac ꝓ/
fundis ſuſpirijs pijſſimā dei genitricē ma/
riam obnixius orabat eius interuētu. ⁊ re
atus ſui veniā obtinere. ⁊ horrenda oppro
bria imminētis ſibi cōfuſionis euadere. In
ter hec ſubitaneo oppreſſa ſomno. in ſilenti
um commutatis clamoribus obdormiuit.
Cui dormienti pia virgo comitantibus du
obus angelis apparuit ei. ⁊ meſtam clemē
ter alloquens ait. Audiui oratōem tuā. no
ueris me tibi a dulciſſimo filio meo impe/
traſſe. et a peccato veniā: et a confuſiōe quā
times liberatōem pleniſſimā. Tunc duob⁹
angelis p̄cepit eam ꝓlis onere quo graua
batur exonerare. et cuidā heremite in vici
no poſito deferre. cui vt ꝑ ſeptē annos ge/
reret curā mādauit. Quod et fecerūt. De
niq; abbatiſſa euigilās omni quo pri⁹ cru
ciabat̃ onere carere ſe ſenſit. ac deo ⁊ libera/
trici ſue ſanctiſſime dei genitrici. ſpēq; vir/
gini marie inceſſabiles gratias egit ¶ In
terim inuitatus antiſtes veniēs capitulū
intrauit. abbatiſſam vocari p̄cepit. Que
ingreſſa in loco ſibi ſolito p̄ſuli cōſedere fe
ſtinauit. Quam accedentē antiſtes oppro/
brijs aggreditur: et iniurijs fatigatā cito
exire compellit. Duos quoq; clericos qui
diuulgatum crimen explorent mittit Qui
accedentes ⁊ attendentes nullum in ea vte
ri prolem fecundi ſignum deprehendunt.
Mulieris innocentiam preſuli denūciant.
ſed illos ip̄e pecunia corruptos eſtimans:
per ſemetipſum rei veritatē curioſius ex
plorat. Itaq; nullum in ea criminis obiecti
veſtigium cernēs ad pedes eius corruit. ve
niam de illatis iniurijs expoſcit omnib⁹ que
ei crimen obiecerant vehementer iratus vt
de monaſterio citius exirent precepit. Ab
batiſſa vero eas licet maliuolo animo vera
tamen dixiſſe perpendens ad honorem bea
te dei genitricis Marie benigne liberatri/
cis ſue maluit peccatum quod fecerat epi/
ſcopo reuelare q̄ criminatrices ſuas ad/
uerſa pati permittere. Itaq; ad eum ſecre
te accedens coram eo ſe humiliter proſter/
nit. eiq; omnem rei ordinem pandit. Mi/
ratur ille ⁊ deum in glorioſe virginis Ma
rie ⁊ beate dei genitricis immēſa pietate be
nedicens duos ex clericis ad heremitam ꝓ
cauſa pueri ſollicitus inquirenda tranſmi
ſit. Veniunt ergo de puero ſciſcitantur: et
edocti ab homine puerum ea die natum et
a duobus iuuenibus paulo ante delatum.
⁊ ex parte beate Marie ſibi ab eis commē
datum conſpiciunt: et reuertentes omnia
pontifici referunt ¶ Letus igitur vt ma/
ter dei preceperat cum homine dei nutrien
dum ſeptem annis permiſit. quem poſt in
ſui curam ſuſceptum ad litteras poſuit reli
gioni ac ſcientie clarum ſucceſſorē ſibi y/
doneum educauit. Nam ipſo vite ſue pera
cto curſu in domino requieſcente in epiſco
patu ei ſucceſſit. et beate dei genitricis ac
ſemper nominande virginis Marie glori/
am vita et verbis magnifice p̄dicauit. Ac/
cedant itaq; ad tam potentis regine et leti
ficatricis medicinam omnes egroti ſeu de
ſolati. veniant ſanentur letificentur: ſanati
ac letificati beatam Mariam correctis mo
ribus ſtudioſis laudibus venerentur. Ne
ſcit erga miſeros deficere pietas illa. quia
ſepe quos filij iuſticia damnat matris mi/
ſericordia liberat. Unde deutero. xxxij. iu
ſticia filij dicit. Ego occidā ⁊ ꝑcutiā. miſe
ricordia matris reſpōdet. Et ego viuere fa
ciam ſicut patet in iſta abbatiſſa.

¶ Quinta ſtella tercie corone bea
te virginis eſt q̄ ipſa dr̄ temp/
tatorum adiuuatio

Temptatorum
adiuuatio ſeu adiutrix Maria
dr̄. Nā de ea Eccli. xxiiij. ſcri
bitur. Quaſi platan⁹ que hʒ folia ad mod̄

ſcuti exaltata ſũ iuxta aq̃s .i. iuxta ꝓplõſ ba-
ptiſatos ſiue tẽptatoſ. Et pꝰs eã alloq̃r̃ di.
Apprehende arma ⁊ ſcutum: ⁊ exurge in ad-
iutorium michi. Quam fidele autem adiu-
torium ⁊ auxiliũ beata virgo temptatis p̃-
beat: per ſubſequẽs maniſeſte declarat̃ exẽ-
plum. ¶ Olim fuit quidam monachuſ
in cõgregatõne monachorum quez domĩa
noſtra ſuum familiariſſimũ eſſe tali mõ di-
gnata eſt oſtendere. Contigit aliquãdo vt
credo inſtigãte diabolo illum in cellario bi-
biſſe vt putaret̃ omnino ſine ſẽſu eſſe. Ex
quo cum iam adueſpaſcẽte die ita imbutuſ
exiret ac verſus eccl̃iam ꝑ clauſtrum tẽde-
ret. viſus eſt ei diabolus in ſpecie cuiuſdaz
mire magnitudinis thauri occurrere: ip̃m-
q̃ꝫ de ſuis cornibꝫ velle trãſſodere. Tũc ec-
ce quãdam puellam decora facie ac ſuꝑ hu-
meros diffuſa ceſarie: ante illum repente ĩ
ſua manu dextera quãdam niueam mapu-
lam habentẽ vidit aſtare que ip̃m increpãſ
diabolum cur erga ſuum famulum talia a-
geret. iuſſit vt cito diſcederet nec quicquaz
mali ei amplius facere p̃ſumeret. His di-
ctis diſparuit terror demonis ⁊ viſio pul-
cerrime virginis. ¶ Deniq̃ꝫ cum ceptum
iter ꝑageret ⁊ eccl̃ie appropinquãs demõ
quaſi canis vehemẽs ⁊ nimis terribilis ex
improuiſo cõtra illum ꝓſiliẏt ſed predicta
puella vt ante ei apparuerat. p̃ſens affuit:
ip̃mq̃ꝫ demõem ꝓcul ab illo repellẽs liber-
are p̃cepit. Sicq̃ꝫ diſceſſit diaboli fantaſia
⁊ puelle illius viſio pulcerrima. Tandem
eccl̃iam quam petebat ꝓ demonis expulſio-
ne ⁊ ꝓ virginis ꝯſolatione ſecurior intrat.
Quo intrãte adeſt iterum humani generꝫ
inimicus. terribilior q̃ꝫ prius velut leo ĩma-
niſſimus aduerſus eum rugiẽs ⁊ impetuz
faciens quaſi eum eadem hora eẽt deuora-
turus. At vero puella que primo ⁊ ſecũdo
eum liberauerat prius q̃ꝫ ei aliquid mali fa-
ceret accurrit. ⁊ de v̓ga quam in manu ge-
ſtabat ip̃m diabolum acriter verberauit hec
dicẽs. Quia michi obedire noluiſti hec ad
p̃ſens accipere meruiſti. Sed ſi eum ãplꝰ
adire auſus fueris hic ⁊ in eternum maio-
ra ſuſtinebis. Itaq̃ꝫ verſipellis diabolꝰ tri-
bus vicibus deuictus. immo verberibus af-
fectus: ſtatim vt fumus euanuit nec vltra
comparuit. Poſtea quidem puella mona-
chum per manum accepit. ⁊ ilico conualuit
⁊ quaſi nichil bibiſſet in ſuum ſenſum re-
diẏt: ⁊ ſic tenens manum eius cum ipſo pe-
detenus perrexit: ⁊ vſq̃ꝫ ad lectum ſuuz ꝑ
gradus qui intererant eum adduxit. Ubi
ambo peruenientes puella lectum diſcoo-
peruit: monachum intro collocauit. caput
ip̃ius ſuper capitale ſuauiter reclinauit: ac
ſignum crucis in eius frontem impreſſit ⁊
ait. Craſtina illum tali nomine vocitatum
tibi bene notum vt ſocium. michi autem ob
ſuum obſequium amicum veraciſſimum
te iubeo requirere atq̃ꝫ ei puram confeſſio-
nem facere. ⁊ quecunq̃ꝫ tibi iuſſerit vide
ne differas adimplere. Tunc monachus
valde iam exhilaratus ſatis humiliter vt
ita dicam ſue nutrici taliter reſpondit. O
virgo dulciſſima tibi amodo toto corde o-
bedire deſidero. Sed queſo ſi placꝫ: vt tuo
michi ſeruulo prius indices q̃ꝫ a me rece-
das. que nam es tu que mihi impendis tã-
ta beneficia. Ad hec illa ſe Mariam matrẽ
dei nominat a quo facta eſt cum non erat ſi-
cut ⁊ cuncta fuerant per quem ip̃a ſuos ſer-
uulos ſeruare poterat. Que illa voce audi-
ta cum magna cordis leticia medullitus la-
bẏs caritatis illius totus in feruorem dul-
cedinis ip̃ius glorioſe matris ſuccenſꝰ ma-
num in altum cum ardore fidei concitus
eleuat. eamq̃ꝫ tenere et eius pedes oſculari
atq̃ꝫ vt ſuam ſaluatricem ⁊ domini ſui ma-
trem adorare nititur ⁊ amplecti. Sed ma-
ter domini caſta materq̃ꝫ miſericordie et
pietatis ſpes humilium ⁊ conſolatio miſe-
rorum quoniam eidem magnuz iam per ſe
impendebat beneficium dum ab illo teneri
creditur repente altius euolans diſparuit
ipſe vero grates ei reddidit innumeras. et
deinceps eam feruentius amare ⁊ deuoti-
us vſq̃ꝫ ad finem vite ei ſeruire ſtuduit.

¶ Sexta ſtella tercie corone bea-
te virginis Marie ẽ q̄ ip̃a ob-
duratorꝫ dicit̃ mollificatio.

Obduratorum mollificatō. b. virgo maria iure noīatur. quod Nume. xx. pulcre ꝑfigurat. Sic enī ibidem legitur. Cūq; ꝑcuſſiſſet moyſes vga bis ſilicem egreſſe ſunt aque largiſſime. Virga eſt. b. virgo. iuxta illud. Vgo dei genitrix virga eſt. Silex eſt cor duꝝ. bina ꝑcuſſio fit qn̄ ipa. b. virgo ſuis meritis et intercessionib9 facit hoīem peccatorem declinare a malo ⁊ facere bonum a quo egrediuntur aque lacrimaꝝ largiſſime. Vn̄ in libro apū tale habet exemplū de iuuene qͣdam diſſoluto ⁊ in pctīs omnīo obdurato qui mediante ſalutatione angelica meruit videre beatā vginem in magna claritate ⁊ a corruptōne carnis ꝓſeruari. ¶ Juuenē fuiſſe ꝓpe noſtra tēpora in germanie ptib9 certa relatōe didicimus. qui mortuis ꝑentib9 maloꝝ ꝯſilio depravatus hereditatem ꝓclaram in ludo teſſeꝝ ⁊ tabernis totalit diſſipauit. Qui ⁊ ſi alias ſtultus caſtitatē tamē corꝑis ꝯſuauit. Quem qͣdam miles patruus eius non modice miratus obuiā quadam die habens ita alloquitur dicens. Vale te ꝯpetit ꝯſobrine cariſſime tlr oberrare: qui clarus genere ꝓbum viꝝ ⁊ magnum efficere potuiſſes niſi te talis īſania rapuiſſet. Cui9 verba cū tāq; muliebria iuuenis derideret: ſubiūxit dicēs. Eſtne aliquid care meus qđ ꝓ me facere tu curares. Cui ille. Eſt vtiq;. Et miles. Volo vt glorioſam dei genitricem mariam ſalutes quīquaginta vicib9 omī die. Cui cū cachinādo reſponderet. hoc ſemel vtinā facere poſſem ⁊ non omī die. Patruus inſiſtens dixit. hoc te facere modis oīb9 oportebit ſi qn̄ oculis miſcdie ſue te glorioſa virgo reſpiciat. ⁊ ꝓ tua miſia filium ſuum interpellet. Ad hmōi verba annuit iuuenis et receſſit. Inde poſt annum cōtigit patruum videre iuuenem. quem ⁊ ſi ꝓmiſſum ſuaſſet iterrogat. Et illi ſeruaui inquit. ⁊ nollē me vl latenus non ſuaſſe. Remiſſius enī mihi ē q; antea in vanitate mundana. Cui patruus cum gaudio dixit. Ergo ⁊ iſto anno ſequenti ſeruitium matri xpi in ſalutatiōib9 duplicabis. Et iuuenis. fiat inquit. Exacto autem ſecūdo anno reuerſus eſt ad patruū dicens. Jam ſuffragāte matre xpi omīs vecordia miſerrimi mei ſtatus ⁊ obdurati cordis euanuit. ⁊ firmo bn̄faciendi ꝓpoſito voluntatis mee ꝯſtantia ſtabilit. Cui patru9 cum lacrimis dixit. Benedicta ſit pietatis mater. ⁊ tibi quoq; cariſſime grās refero qͥ ſalubri ꝯſilio credidiſti. Nihil ergo reſtat niſi vt anno pn̄ti ꝓpoſitum tuum fixū experiar. ⁊ ſi dignum inuenero ꝯdignas tibi nuptias ꝓcurabo. Tu aūt medio tꝑe auxiliatricem ⁊ mollificatricē tuam in ſalutatiōibus quinquagene tercie ſedulus honorab. Conſenſit iuuenis ſtabilis inuētus eſt. Et euoluto anno impleuit patruus qđ promiſit iuueni. Conſtituit nuptias ⁊ inſtaurato ꝯuiuio ex vtraq; ꝑte ꝯueniunt parentele. Poſitiſq; mēſib9 ⁊ lotis manib9 cum iam ſponſus ⁊ ſponſa ꝯmeſſuri pariter conſediſſent: ex inopinato memor ſponſus nondū ſe penſionis debite ſalutatōnes illa die glorioſe virgini marie occupatus alijs perſoluiſſe. repente ſurgens ſuſurrat patruo: vt paululū inducieret fercula miſtrādo. Quo annuente ſolus iuuenis intrat thalamum: ſoluit matri xpi quod vouerat eo deuotius q;to ſe clemētius ꝓbauerat exauditū. Nec mora vt extremam ſalutatōem terne quinquagene iam compleuit: apparuit ei. b. virgo lucidior ſuper ſolem tres thogas in tunica iuueni vnam anteriorem ⁊ duas laterales oſtendens. Ecce inquit ſalutationes tue litteris aureis ſcripte quib9 me in tribus quinquagenis ſedulus honoraſti. Et quoniam in tuo corꝑe licet vanus ⁊ vag9 virginitatis tamen mūdiciam conſeruaſti mox te febris lenta corripiet ⁊ ad me tercia die ſine vlla carnis corruptōne peruenies. Hoc dicto glorioſa virgo diſparuit. Juuenis autem egreſſus hortabat omnes letari epulari gaudere: ſe vero appetitu ꝯmedēdi deſtitutum ad preſens cum eis non poſſe. Singulis vero ad mēſam ſedentibus ⁊ comedentib9: iuuenis interim lectum aſcendens ⁊ facto prandio ſponſam ſuā patruū

⁊ amicos ſuos in thalamum cõuocauit. et
eis quid ſibi ɔtigerit vel dictum fuerit in-
dicauit. Mortuus eſt ergo iuuenis die ter
cia vt predixit. Sponſa vero eius poſtmo
dum nulli nubere volẽs in ſancta virginita
te permanſit.

¶ Septima ſtella tercie corone beate vgi
nis eſt ꝙ ipſa mortuoꝝ viuificatõ ẽ.

MOrtuorum vi-
uificatõ beata virgo digne nũ
cupatur. vnde ipſa Eccli. xxiiij
non inſipienter gl'atur In me omnis ſpes
vite ⁊ vtutis. De hoc in ſpeculo hiſtoria-
li de quadam muliere quam ipſa a mortuis
ſuſcitauit donec pctm̃ ſuum ɔfiteret' tl'e ha
betur exemplum ¶ In territorio lingonẽſi
erat quedam mulier beatam vginem val-
de amans ipſi ⁊ filio eius in ſanctitate et iu-
ſticia fuiens. Que cum adhuc iuuencula
eẽt quoddam perpetrauit peccatũ quod nõ
tam ſui pondere ꝙ dictu horribile mẽti ei⁹
natural'r ⁊ verecũdum portẽtuoſum vide-
batur. Alias igitur ſtrẽnue in bonis opibꝫ
potens ⁊ de ceteris exceſſibꝫ ꝑ annum mo
re xp̃ianorum ſacerdoti ſuo ɔfeſſionem faci
ens hoc ſolum peccatum dicere ſubterfugi
ebat ꝓpter pudoris confuſionem. In fine
tamẽ illud ɔfiteri intendens nõ manifeſte
ſed quaſi occulte addebat de conſuetudine
de his ⁊ alijs ſi que ſunt in me de quibꝫ cõ-
feſſa non ſum dei miam ⁊ vrãm abſolutiõꝫ
poſtulo. Freq̃ntius tñ ad ecc'iam accedens
⁊ ante q̃dam beate virginis ymaginẽ to-
to corpe ꝓuoluta iacens in amaritudĩe ſua
illum quem celabat reatum loq̃batur. fun
denſq3 lacrimaꝝ diluuium xp̃o faciẽte ⁊ ma
ria fauente. Tandem aduertit verſutiã cõ-
fitentis ſolertia confeſſoris. Etẽim frõs ac
genaꝝ color ſubito mutatus ⁊ tremule ſo-
nus vocis animum eius exeſtuãteꝫ loque
bantur. Cepit ergo pius paſtor peccatricẽ
ſuauibꝫ vbis ⁊ ſuaſibilibꝫ allicere vt ab ea
exigeret tanti gemitus noticiam ꝑ ɔfeſſio-
nis veritatem. Cepit bruto pectori diſſere-
re peccatorum diuerſitates ⁊ circumſtãti-
as demonum ꝗ̃rſitates ⁊ inſtantias: vt
illa conſciẽtie domum euertẽs pura cõfeſ-
ſione exprimeret ſi quod delictum reliquiſ
ſet vel ſuppreſſiſſet. Sed ligante os ei⁹ dia
bolo non potuit ɔfiteri nec vires habuit pa
tiens licet ei cura obſtetricis aſſiſteret vi-
gilans. Ipſe etiam quẽdam de cluniacenſi
bus priorem conſuluit vt ei de mulierꝫ cõ
feſſione ficticia admonito ⁊ premonito ip
ſam vt eius cõſilio firmaretur deſtinauit.
Qui etiam ɔfitentis audita conſciẽtia ⁊ in
ſuſpirandi modo notata illa verſutia ſate-
git vt tortuoſus coluber de cordis eius la-
tebra eijceret'. Sed quia ſerpens momor-
derat non in ſibilo ſciẽtia non fuit incanta-
tori. Deniq3 mulier ſine peccati illius ɔfeſ-
ſione rebꝫ humanis exempta eſt ⁊ poteſta-
ti iudiciarie pñtata triſtem excepit ſniam.
Sed poſtulante maria ꝓ ſupplice ſua ⁊ ihe
ſu adiudicante pependit in celeſti curia edi
ctum vt ad corpus rediret anima peccatri-
cis. Et quoniam ſine ɔfeſſione non cõſtat
ſalus viuens ſacerdoti cõfiteretur. et ſic de
nuo morti quod ſuum eſt ſoluẽs beatoruꝫ
cetui ſociaretur. Interim poſitum in me-
dia flebili ꝓpinquorum freq̃ntia ſeruabat'
cadauer exãĩe. ⁊ ecce anima ſubito fuer-
tente feretrum ɔtremuit. corpuſq3 ifremẽſ
⁊ in vocem plãctus erumpens: fragoroſo ſo
nitu domum concuſſit. Precipitabant fu
gam circumſtãtes ⁊ ꝑoccupabant iter ad
portam. Sed qui artius eam dilexerãt ſu-
ſtinuerunt ⁊ licet trepidi ꝓpius acceſſerũt.
Colligentes itaq3 vite certitudineꝫ ex mo
tu ⁊ ex voce: ſolutis faſcijs erexerunt eam:
xp̃i laudes ⁊ marie preconia inculcantem.
Erecta ergo vocatoq3 ſacerdote de pecca-
to illo' cum ceteris fecit confeſſionem. ac ɔ
munione accepta aliquãtiſper allocuta cir-
cumſtantes predicauit ſuam liberatõnem.
Continuoq3 oculos clauſit in morte ⁊ ſuf-
fragantibus beate virginis meritis requi
euit in pace

¶ Octaua ſtella tercie co-
rone beate virginis eſt
ꝙ ipſa firmiſſima in ad-
uerſis eſt roboratio.

Roboratio in
aduerſ maria nõ incõgrue
dr. Nam de ea yſa. xxviij.
ita ſcribit. Urbs fortitudiſ
noſtre ſyon. i. beata vgo maria. Quod ꝙ
verꝫ ſit ſequẽti declarat exemplo. ¶ In
loco qui tumba dr quedam eccia in honore
ſancti michael archãgeli honorifice admo
dum cõſtructa eſt. Ille vero locus oceano
vndiqꝫ cinctus. ipo eſtu qui grece reuma
dr: nimis terribilis ꝓpter acceſſum maris
marina nũcupatus. ⁊ ꝓpter receſſum redo
na dictus. omībꝫ aduenietibꝫ ⁊ limina ſan
cti archangeli petere deſiderãtibꝫ: bis ĩ di
es ſinum ꝑtendit. Non aũt vt cetera ma/
ria gradatim vertit ſed ꝑcipiti curſu cũ ma
gno fremitu et ſtrepitu terrificoqꝫ ſonitu
accurrẽs: ſepe intercipit iter agẽtes. ⁊ ideo
iſte locus ꝑiculum maris appellatur. Diꝫ
itaqꝫ terrarꝫ populi hunc locum in ſolenni
tate ſãcti archãgeli michaelis iugi deuotõ
ne frequentãt. angelica ſuffragia per hoc ſe
poſſe adipiſci ſperãtes. Quadam igitur fe
ſtiuitate ipſius archangeli turbis ad ei/
us limina ꝑperantibꝫ. ecce iam ĩ medio ha
rene maris poſitis affuit inter ceteros que
dam mulier paupcula vicina partu. oĩmo
dis iam grauida: cuꝫ ecce ſubito terribilis
maris ſonitus intonat. ⁊ cũctis prepeti cur
ſu more amẽtium fugiẽtibꝫ. ipa miſerrima
mulier nullum humanũ habens auxilium
ſola remãſit. vſu etiam pedum ꝑ nimio tio
re dolore ⁊ labore deſtituta. Irruerãt eñi in
eam vt alia quedam diña pagina narrat do
lores ſubiti. Quid ageret quo ſe verteret:
ignorabat. Clamabat cum eiulatu miſera/
biliter auxilium petẽs ſed vnuſquiſqꝫ ſeip
ſum tueri cupiens audire diſſimlabat. Qd
forte non caſu ſed magis diuina geſtuꝫ vo
luntate conſtat. quatenus xpi bonitas ex h
maxime in tribulatõne ꝑſens. eiuſqꝫ pijſſi
me matris miſcdia omnibꝫ clareſcerꝫ. I/
gitur abſente humano auxilio recurrit ad
diñum deum lacrimabili voce inuocans et
eius genitricem ſanctam mariam ⁊ ſãctũ
michaelem archangelum. Populꝰ omniſ
ad hoc ſpectaclm in litore conſiſtens gemi
nas manus ad ſidera tendens. dei ⁊ eiꝰ mi
ſericordiſſime matris marie auxilium fle/
biliter inuocabant. Uniuerſis ergo criſti
adiutorium implorantibꝫ aduenit dña nr̃a
dei genitrix ſemꝑqꝫ virgo maria vltra om
nem angelicam ⁊ humanam miſcdam pia
⁊ veluti ipi mulieri videbatur manica ſuꝑ
eam ꝓiecta: ita intactam a terriſono impe/
tu maris reddidit. ut nec minima etiã gut
ta totius abiſſi illius veſtimẽta contingeret
Ibi igit quaſi in tutiſſimo habitaclo poſi/
ta peperit filium ſine timore illic permanẽſ
donec iterꝫ mare ſuos fluctus in ſe ĩtrahẽs
liberꝫ iter eundi mulieri ꝑberet. O mira di
virtus. Seruauit enim olim ionam ꝓphe
tam tribꝫ diebꝫ ⁊ tribꝫ noctibꝫ in ventre ce
ti. Iſtam mulierculam in medio aquarum
reſeruauit per ſtellam maris Mariam. E/
rant quõdam antiquo pplo dei aque quaſi
ꝓ muro a dextris ⁊ a ſiniſtris. huic autem
paupercule ad inſtar domus ꝑ reginam ce
li ⁊ terre extiterũt in neceſſitatibꝰ ſuis Re
fertur a quibuſdã ſanctuꝫ michaelẽ archã/
gelum quendam ſuum ꝑegrinum ꝑ ſuble/
uatõem aquarum liberaſſe a ꝑiculo maris
ſed hanc mulierem dña mundi in ipſis flu
ctibꝫ liberauit a periculo mortis. Quis tã/
tam dei genitricis pietatem cõſiderare ſuſ
ficiat. Quis reginam celi ⁊ terre paupcu/
le mulieri tam cito in neceſſitate tanta: ſuc
currẽteꝫ non miret. Uenit itaqꝫ cũ puero
ad litꝰ q ſola in mari relicta erat: miraclm
oñi populo ꝑhens. Eſtimabãt eñi eam in
ponto necatam. Hic reuera quilibet ſapiẽs
illam veridicam ſententiam ꝑtendere põt.
vbi deeſt humanum auxilium ſine dubio
adeſt diñum. Cerneres nanqꝫ ſuper eã mi/
rabili facto vnumquemqꝫ vltra ꝙ dici faſ
ſit gratulari mirari ⁊ quaſi incognitum re/
ferre alteri omnes in communi pijſſimam
miſcdiam dei genitricis ⁊ ſemper virginiſ
marie predicare. Deniqꝫ pergit mulier cũ
puero ad eccleſiam ſancti michaelis: vbi
deum omneſ laudabant. ⁊ ꝙ pia roboratõ
in aduerſis domĩa nr̃a maria ſit: cũ magno
tripudio clamabant

¶ Nona ſtella tercie corone beate virginis eſt ꝙ ipſa vie ſalutis demonſtratio dicitur.

Uie ſalutis demonſtratio digne maria dicit̃. Ipſa enim̃ eſt illa columna que filios iſrahel introduxit in terram ꝓmiſſiõis ꝑs. Dedit nubem in ꝓtectõnem eorum: et ignem vt eis luceret ꝑ noctem. Peccatores enim̃ in nocte ambulant ⁊ tenebras diligunt. Qui dum ꝑ beatam vᵍginem ammonentur vt peccata deflant ⁊ ꝑ veram ꝯfeſſionem ad lucem redeant quaſi ꝑ eam ducatũ recti itineris ⁊ vie ſalutis accipiũt. Iſtud patet de quodam milite: qui admonitus erat ꝑ quãdam vocem vt confeſſionem faceret ꝓpter Aue maria. cum quo ſemꝑ ſalutauit ymaginem beate virginis Marie. Ex quodam mariali. ¶ Quidam rex obſedit quãdam ciuitatem in qua erat miles quidam multum ſecularis ⁊ raro ꝯfitẽs. Una autem nocte audiuit in exercitu vocem dicentem ſibi: cõfitere. Secũdo dixit. pauꝑ homo ſurge ⁊ confitere quia cras morieriſ miſere. Qui valde ſtupefactus ſurrexit: et cõfeſſorez querere voluit. Unde accidit ꝙ epũs ciuitatis ⁊ duo fratres cum epõ eũtes militi obuiam venerũt. Miles epiſcopo inuocato vnum de fratribꝫ ſibi ꝓ ꝯfeſſore obtinuit. In confeſſione narrans viſionem: dixit ꝙ mori eadem die deberet. Frater rogauit militem vt ei diceret vnde donuz tãle a deo haberet. Qui ait. Neſcio domine. ſed hoc ſcio cum paruus eſſem mater mea duo me docuit. ⁊ rogauit vt cauſa ſui obſᵉruarem. Primum eſt vt quãdo ymaginem beate vᵍginis ꝑtranſirem: ipſam cũ aue maria ſalutarem. pilleum deponẽdo ⁊ ei reuerenter inclinãdo. ⁊ ſic abirem. Secũdum vt nunꝗ̃ ponerem me ad lectũ niſi ad minus dicerem vnum aue maria ⁊ vt michi bonum finẽ ꝯcederet eam rogarem. Et hoc vſqꝫ huc tenui ⁊ heu parum bonũ plꝰ feci. Qui poſt ꝯfeſſionem ad locum ſuuz rediit ⁊ ſanus cum maxima ꝯtritõe finem ſuũ expectauit. Epõ hoc relato ꝑ ꝯfeſſorem conſiderans miro factum modo ⁊ admirãs. cõtigit eodem die vt ciues machinam ꝓbare vellent ipm̃ ſolum caſu lapidis occiderent. ⁊ ſaluatus fuit ꝑ. b. vᵍginem qui ei ꝑ ãtidotum ꝯfeſſionis viam ſalutis oſtendit

¶ Decima ſtella tercie corone. b. vᵍgis eſt ꝙ ipſa in morte eſt ꝓtectio

Protectõ in morte iure maria nomĩatur duꝫ q̃libet per eam in mortis ꝑiculo liberatur. Unde de ea Ecci. xv. legit̃. Obuiabit illi quaſi mater honorificata. Unõ ei quotidie cãtamus in hora mortiſ ſuſcipe Hoc patet de puero in vigilia paſce cõcepto ⁊ et̃ne morti addicto: quẽ dei genitrix de inferno eripuit. Ex ſpeculo hyſtoria.

¶ Fuit q̃dam vir nobilis ⁊ diues. ⁊ vxor eius nobiliſſima. Quaꝝ manꝰ erga pauperes erant ſemꝑ largiſſime. Cumqꝫ filios ꝓcreaſſent ⁊ iam etatis ſue maiorem partem ꝓceſſerãt: celibem vitam deinceps ſeruare ꝓmiſerunt. Sed hoſtis inuidus eoꝝ caſtimonie ꝓpoſitum non fereñ animum viri in vxoris ſue illicitum amorem compulit: vt qui ob amorem pudicicie ſe ab inuicem ſeparauerãt in nocte dñice reſurrectõis operarentur quod nõ debuerãt. Uir itaqꝫ ſucċenſus face libidinis acceſſit ad mulierẽ recordans eius prioris pulcritudinis. Obſtupefacta mulier multis eum ĩcrepauit ſermonibꝫ ⁊ bonorum oꝑm allocuta eſt recordatõnibꝫ. Sed nichil ꝓficiens ad viꝝ ait. Quidquid a nobis in hac nocte fuerit operatum ſit maledictum ⁊ diabolo mancipatum. Concepit ⁊ peperit. Natuſqꝫ ẽ infãs viſu mirabilis creſcebat decore ſpectabiſ ⁊ litteris docilis: ⁊ eloquentia laudabilis. Pater non attendebat quod fecerat mater Mater ſciebat quod dixerat. Puer autem cum ad annum duodecimum perueniſſet: ⁊ tenere a parentibꝫ diligeretur. apparuit matri eius fallax inimicus cui votũ de puero temere fecerat dicens. Eſto parata mihi ꝓmiſſum anno tercio reddere. Iñ mulier in quotidianos fletus immerſa ꝓmiſſionis infelicis recordatõe poſuit ĩ cogitatiõe

diuerſa. Mirabaẗ iuuenis ꝙ populus de ꝓfectu eius gaudebat. ſolaqꝫ miſera mater ſuꝑ illo indeſinenter eum aſpiciens flebat Requiſita igiẗ ab ea cã: diu quidem dicere diſtulit ſed tãdem interrogãti ait. ꝙ euꝫ in ꝯceptõne diabolo in ꝓpriũ obtulit. Tũc adoleſcens nocte fugiẽs que patris fuerãt reliquit. petijtqꝫ anxius nõnullos ſapiẽtũ vt ei de ſuo tam ꝑiculoſo negocõ darẽt ꝯſilium. Peragratis vero multis ꝓuincijs ñ inueniẽs quod querebat venit romã. Et inde cum litteris domĩ pape ad iheroſolimitanum ep̃m longo itinere fatigatꝰ acceſſit. qui audiens ab eo rem ⁊ om̃es qui cuꝫ eo erant reſoluti in fletum adoleſcẽtis gemitibꝫ nimium ꝯdolebãt. Igiẗ ep̃s religionis ⁊ ſanctitatis maiores quos potuit ꝯgregauit ⁊ de iuuenis liberatõe cuꝫ eis concionari cepit. Quidam autem vir ſanctiſſimus in heremo longe a iheroſolimis eidem ep̃o notus erat. qui fugiẽs viſus hominuꝫ corporales etiam cibos reliquerat. Hic angelicis quotidie potiebaẗ loquelis ⁊ toto aĩmo verſabatur in celis. Huic ab angelo diuĩe celebratõnis neceſſarium miſtrabaẗ. Huic de celo ſicut nix candidus in meridie panis quo reficeretur miniſtrabatur. Põtifice ergo de pueri ſalute ſolicito venit in mentem eius diña reuelatõ ꝙ vir ille ſanctus apud deum poſſet ſuccurrere puero. Quo accerſito miſit per puerum interſignia ſancto viro quatenus adoleſcenti ſuccurreret diabolo a matre donato. Arrepto igitur lõgo itinere ſolus diſceſſit quoniã ⁊ ante ſanctum ſenem angelus duos panes deferenſ preceſſit. Intelligens vir dei ꝙ aliquis volente deo veniret ad prãdium gratias egit dñatori omnium. venientemqꝫ ſuſcipiẽs iuuenem miratus eſt eius pulcritudinem et eloquẽtiam. Perlectis litteris ab epiſcopo miſſis ait ad iuuenem. Attẽde frater diuini pietatis conſilium ⁊ genitricis eius auxilium. Habet enim virgo Maria dominiuꝫ ſuper omnes ſpiritus malignos ⁊ poteſt inferni ſeras aperire: ⁊ frangere interiores aditus. Obnixe igitur eam deprecemur vt tibi ſubueniat. Itaqꝫ die dom̃ice reſurrectionis quando iam rapiendi puerum terminus impletus erat. vir dei ꝓ iuuenis liberatõne quem in vanum diabolus expectauerat cum lacrimis ⁊ cordis contritõne ſalutarem hoſtiam vt ſolitus erat obtulit. Timentem vero puerum inter ſe ⁊ altare conſtituit quem de loco illo diabolus parũ ante pacem fugiens ad infernuꝫ rapuit. Sciens igitur ſacerdos iuuenem ſibi ab hoſte ſublatum ingemuit. ⁊ vt virgo virginum mater dei adoleſcẽti ſuccurreret fiduciam in mẽte habuit. Itaqꝫ pia ṽgo maria ſubuenire non diſtulit ſed corpus ⁊ animã pueri de inferno inferiori liberauit. reſtituẽſqꝫ eum in locum vnde ſublatus fuerat viri dei merori ſatiſfecit. Cunqꝫ pax vobis beatus vir diceret: ⁊ cum ſpiritu tuo reſpondiſſet iuuenis a demone liberatus eſt. Acceptaqꝫ de manu eius communiõe ſancta narrauit ei quidquid de ſua liberatõne nouerat. ⁊ ꝙ multa milia in inferno reliquerat. Deinde accepta eius licentia ⁊ benedictione letus abijt. ⁊ ad epiſcopum iheroſolimitanum ac parentes ſuos conſolandos redijt. ⁊ ꝙ beata virgo Maria potens ſit ĩ mortis periculo ſubuenire ac liberare omĩbus predicauit

¶ Undecima ſtella tercie corone. b. virginis eſt ꝙ ip̃a contra ignem purgatorij ẽ refrigeratio.

Refrigeratio cõtra ignem purgatorij beata virgo non immerito predicaẗ. naꝫ de ea quod Iheremie. xviij. ſcribitur verificatur. Nunquid de petra agri deficiet nix libani id eſt refrigerium de maria poſt mortem noſtram. quaſi diceret non. Et hoc ꝓbatur tali exemplo ex ſpeculo hyſtoriali.

¶ Beate memorie dominus Hugo abbas cluniacẽſis ſolebat narrare de quodam ſui monaſterij fratre: qui giraldus dicebatur. Hic dum adhuc laicus eſſet deſiderabat quõdam ad ſancti Jacobi limina pergere Preparatis itaqꝫ itineris neceſſarijs ſub luce die qua iter aggredi debebat cũ ſocijs ſuis, cum ſua ꝯcubina dormiuit: deuictus

voluptate carnis Cumq; paululū in itinere cum ſocijs ſuis ꝓceſſiſſet eum antiqu⁹ hoſtis decipere cupiens qui aliqn̄ transfigurat ſe in angelum lucis in ſimilitudinem ſancti iacobi ſe oſtendens ei dixit. Scias quoniam ꝓ malis operibꝫ que geſſiſti iam non poteſ ſalutem ꝯſequi niſi feceris que dixero tibi. Abſcide igit̄ primum tua genitalia mēbra ⁊ deinde interfice temetipm̄.⁊ ob hoc habebis p̄mium a deo ſempiternum. At ille putans veraciter eum eſſe ſcm̄ iacobum q̄ talia iuberet.accepto ferro mēbra virilia abſcidit ac poſtea p guttur ſuum ferꝝ trahenſ ſemetipm̄ ad mortem vulnerauit. Quē iā ꝓximum morti audiētes ſocij eius.iamq; extremū ſpm̄ violenter trahentem vt viderūt eū ſanguine cruentatū dimittētes eū fugiert metuētes ne forte dicerēt l' cupiditate pecunie vel aliqua occaſione ꝑemiſſe eū. Porro cum fuiſſet defunct⁹ rapuit aīaꝫ eius hoſtis antiqu⁹ qui eū decepat cū ſuis ſatellitibꝫ ſe ita p̄dā cepiſſe nō modice gauiſus. Nutu ꝟo dei dum trāſirēt ſec⁹ eccīaꝫ ſancti petri venit eis obuiam ſcūs iacobuſ Qui aſſumpto ſecum ſcō petro dixit demoniace cohorti. Cur tuliſtis aīmam ꝑegrini mei. Illi vero cū ꝓferrēt quidq̄d mali poterant ⁊ q̄ ad extremū ſe ꝑemiſſet. dixit eiſ ſcūs iacobꝫ. Sciatis certe q̄ꝛ nō gaudebitis de illius ꝑditōe. Nam ſub mei ſpē euꝫ decepiſtis: ⁊ hoc qd̄ fecit quaſi mihi obediens ſimpl'r egit. Q, ſi ꝯtra hoc reluctamini eamus ad iudiciū ſcē dei genitricis marie. Igit̄ cum ob hoc āte eādē dei mrēm veniſ ſent: ⁊ q̄d de hac re ſibi placeret inq̄rerēt ipſa ſcā ꝟgo plena pietate iudicauit aīam debere ad corpus reuerti: vt de malis que geſ ſerat poſſet penitendo purgari. Sic itaq; meritis ſcē ꝟgis marie ⁊ ſcī iacobi apoſtoli aīa regredit̄ ad corpus. Qō itaq; reuiuiſcēs inuenit ſe ſanuꝫ: ⁊ tm̄mō cicatricē pro teſtimonio remāſiſſe vbi guttur fuerat vulneratum. Porro virilia mēbra que ſibi demerat non ſunt ſibi reſtituta p̄ter vnū foramen ꝑuum p qd̄ vrinam ꝓijciebat exigente natura. Hic deniq; monachus fact⁹ i ſupradicto monaſterio cluniacēſi multis diebus vixit deuotus in ſeruitio dei.

¶ Duodecima ſtella tercie corone.b.ꝟginis eſt i vita celeſti ſue p̄ſtie delectatō.

In celeſti vita p̄ſtia ſcē marie ꝟginis ſūma eſt delectatō. Unde in ei⁹ figura Judith.xv.dr̄. Tu gl'a iheruſalem tu leticia iſrael.tu honorificētia ꝑpli noſtri.⁊ iō etiā benedicta in eternū. Et q̄ꝛ in p̄ſti vita ꝯphendere non poſſumus ei⁹ ſpecioſitateꝫ ⁊ delectatōem quam ſancti in celeſti curia ex eius p̄ſtia hēant: dignata eſt oſtdere ſuum decorem cuidā iuueni cui ipa.b.virgo apparuit ¶ Erat q̄daꝫ iuuenis qui aſſidue cogitabat ⁊ mirabat̄ pulcritudinē matris ihēſu xp̄i. Singulis diebꝫ ac noctibꝫ cum vellet dormire dixit Aue maria.⁊ corpus ⁊ aīam.b.virgini ꝯmendabat ſic orans vt immēſam pulcritudinē eius mereretur in celeſti curia videre Et cum mane ſurgeret ꝯmendauit ſe iteꝝ.b.ꝟgini marie. eādem orōem deuotiſſime replicādo. Cum autē q̄dam mane deuotiſſime eam ꝑoraſſet: aſtitit.b.virgo oſtdens ei immēſam pulcritudinem ſuam ⁊ dixit. Deſideraſ videre meam immenſam pulcritudinem. R̄ndit. O regina celoꝝ q̄uis indignus ſm̄ toto corde deſidero. Tūc.b.ꝟgo dixit. Cōſpice decorem meum q̄uo decorauit me filius meus. Uidēſq; a dextris ⁊ a ſiniſtris ante ⁊ retro Et cum eā vidiſſet dixit iuuenis. Si a tua pulcritudine ſeparari debeo nunq̄ʒ de cetero ꝯſolabor. Tūc dixit.b.ꝟgo. Ex quo tātuꝫ affectas pulcritudinem meam: iā aīmam tuam a corpe ſepabo ⁊ mecum cum filio ꝑhenniter ꝑmanebis. Et his dictiſ aīa iuuenis ſepata eſt a corpe.⁊ cum.b.ꝟgine ab āgelis in celum feliciter deportata eſt. Merito igit̄ de.b.ꝟgine dr̄.tu gl'a ih'rlm vox ē angeloꝝ.quoꝝ ruina p eaꝫ reparata ē. Tu leticia yſrael vox eſt hoīm.quoꝝ triſticia p eam letificata eſt. Tu honorificētia ꝑpli noſtri vox eſt mulieꝝ.quaꝝ infamia p eam deleta eſt. Que feciſti viril'r vox eſt mortuoꝝ exiſtentium in limbo quorum captiuitaſ p eā redēpta eſt et reducta.

¶ Quarta corona capitis glorioſe virgiſ Marie.

Quarta corona capitꝫ glorioſiſſime virginis marie eſt corona virtuoſitatis ſiue vtutū. nā omni virtutū decore fuit i pn̄ti adornata. vnde de iſtis virtutibꝫ in celo eſt eternalr̄ coronata. Duodecim ſtelle huius corone ſunt. xij. virtutes quas beata virgo in ſummo gradu ꝛ pfectōe habuit que ꝯtinentur in his verſibꝫ. Cōpatiēs verecunda. ferax. ſpecioſa. pudica. Subdita clauſa. timens. humil'. pia. ſedula. prudēs

¶ Prima igit̄ ſtella quarte corone beate virginis eſt ꝙ ipa fuit ꝛ eſt ꝯpatiens. ſ. tribulatis. temptatis. ꝛ peccatoribꝫ. imo hoībus totius mūdi qui ī maligno ꝛ extremo periculo poſitus eſt. Unde qdam ſolennis doctor interrogat di. Quid eſt ergo cariſſimi ꝙ hodie de mundo non eijcimur. ſicut adam de paradiſo aquiſ. non ſubmergimur p diluuiū. lingua non ꝯfundimur. ꝛ igne ñ incendimur. ꝛ ſic de alijs. cum plus tranſgrediamur pcepta corrupti ſimus luxuria Nunquid hodie ceſſauit elatō. Nūquid cōtra ſupiores ꝛ ſacerdotes diminuta ē murmuratio. Sic diſcurrēdo p ſingula nllūꝫ vicium ceſſauit. ſed oīno peiora ſunt omnia q̄ꝫ prius. Quare ḡ nobis differtur pena. Non eſt alia rō aſſignāda q̄ꝫ ꝙ virgo glioſa nobis ꝯpatit̄ ꝛ nos ſuis pcibus ſuſtētat. Unde legit̄ in legenda ſancti dn̄ici ꝙ qdā frater minor qui multo tpe frater ſci Frācīſci extitit: pluribꝫ de fratribꝫ ordīs pdicatorum narrauit ꝙ cum. b. dn̄icus rome p ꝯfirmatōne ſui ordinis apud papam inſtaret nocte orās vidit in ſpū xp̄m in aere exiſtentem ꝛ tres lāceas in manu tenentem. ꝛ ꝯtra mūdm eas vibrātem. Cui velociter mater miſcdie occurrēs quid nā vellet facere inqſiuit. Et ecce inqt totus mūds tribꝫ vicijs plen9 eſt. ſ. ſupbia. ꝯcupia. ꝛ auaricia. ꝛ ḡ his tribꝫ lanceis ipm volo pimere. Tūc b. virgo ad eius genua pcidēs ait. Fili cariſſime miſerere: ꝛ tuam iuſticiā mia tpare. Habeo eni fidelē ſuum ꝛ pugilem ſtrēnuum: qui vbiq̄ꝫ diſcurrēſ mūdm expugnabit ꝛ tuo dn̄io ſubiugabit. Alium q̄ꝫ ſuuꝫ ſibi in adiutorium dabo qui ſecum ſilr̄ decertabit. Cui filius. Ecce placatus faciem tuā ſuſcepi. ſed vellem videre quos ad tātū officium deſtinare velis. Tūc illa xp̄o ſcm̄ dn̄icum ꝛ frāciſcum pn̄tauit. quos xp̄ſ acceptauit pariter ꝛ ꝯmendauit. Hec ꝛ alia mag̃ patrocinia marie ꝯſiderans Caſſia. ait. Tu patrona humani generis tu afflictis rebuſ medicina ſingularis. Quis tuo non egeat munere cum ſit peccare ꝯmune. Figurat̄ ḡ maria rōne ſue compaſſionis ꝛ ſapiē p heſter: que iram regis Aſſueri mitigauit. ꝛ yſrael ne deleret̄ impetrauit Heſter. ix. Bernar. Ille ſolus o vgo maria tuas laudes ſileat qui te fidelr̄ inuocatam ſenſit vnq̄ꝫ ī ſuis neceſſitatibꝫ defuiſſe. Et quid mirū ſi inuocata adeſt que etiam non vocata pſto eſt. Hꝫ ergo clemētiſſimā virginem qlibet honorare ꝛ in neceſſitatibꝫ īuocare nec obſtantibꝫ peccatis ceſſare. Uult oīmbꝫ miſereri ꝛ oīmbꝫ a filio veniam impetrare. Uñ legit̄ de quodam magno pctōre qui ex conſuetudine volēs ire ad peccādum veniēſ ad altare vel ymagīem. b. virginis ſtās ſalutauit eam angelica ſalutatōne. Qō cū ſemel faceret vidit ymagīem. b. virgīs cum puero in ſinu ſicut depingit̄ xp̄s in cruce vulneratus ꝛ matri allatus. Viditq̄ꝫ ſanguīeꝫ fluere de puero in gremio mr̄is ſicut fluxerat ī cruce de vulneribꝫ xp̄i. Quo viſo obſtupefactus dixit. O dn̄a quis fecit h̄. Et virgo rñdit. Tu ꝛ ceteri pctōres qui āpli9 crucifigitis filium meuꝫ q̄ꝫ iudei. Uolebat q̄ꝫ virgo ſanguinē filij tergere ꝛ reſtringere nec poterat. Et peccator ille cōuerſus ad virginem dixit. O mater miſcdie intercede p me. At illa. Uos peccatores vocatis me mrēm miſcdie qui non ceſſatis me facere matrem miſerie ꝛ triſticie. Nō ſic clementiſſima domina loquere: ſed memēto te eſſe aduocatam peccatoꝝ ꝛ intercede p me. Et mater ad filium. O piiſſime fili amore mei miſerere huic peccatori. Et fili9 Noli mater grauari ꝙ te non audio. qꝛ et

ego rogaui prēm vt ſi poſſibile eēt alio mō
genus humanū ſaluari ꝙ̄ ꝑ paſſionē meā
amarā trāſferret a me calicē paſſiōis ⁊ no/
luit audire me. Et mr̄. O fili memento ꝙ
materno amore te viſceribꝰ meis alui ⁊ ꝯ
dona huic peccatori. Et filius ait: ex iuſti/
cia tibi oñdo ꝙ exaudire te non teneor. Et
mater ait. Nō ſcḋm iuſticiā cēſemur ſed ad
mīam tuam ꝯfugimus. Igit̄ ꝓpter tuā mi/
ſcḋiam miſere huic pctōri. Et filiꝰ. Roga
ui ⁊ ego ſcḋo prēm vt trāſferret calicē paſ
ſionis a me ⁊ non audiuit me. Et mr̄ iterū
dixit. O fili meñto oīm laboꝝ ⁊ doloꝝ me
orum quos ſuſtinui tecum ⁊ dona mihi il
lum pctōrem. Et filius. O mater noli tri/
ſtari ꝙ te nō audio ſed meñto q̄ꝛ tercio ro/
gaui prēm vt trāſ.ca.paſ.a me ⁊ noluit au
dire me. Et mr̄ depoſuit filiū volēs ꝓcide/
re ad pedes eius. qḋ vidēs filius dixit. O
mr̄ quid vis facere. At illa. Tā diu ad pe/
des tuos cum pctōre iacebo: quouſq̄ veni/
am ei ꝯcedas. Et ait filius. Abſit hoc mat̄
q̄ꝛ ſanctitū eſt in lege dīna ꝙ filius dēt ho/
norare mrēm. ⁊ iuſticia ꝯcludit ꝙ ille dꝫ le
gem implere qui dedit. Cum aūt ſim filiꝰ
tuus te honorare volo ⁊ pctōri ꝓpter teipāꝫ
indulgeo. ⁊ in ſignū pacis oſculet̄ vulnera
mea. Que oſculata oīa ſana fuerunt. Figu
rata eſt hec ꝟgo ꝯpatiēs ⁊ clemēs. ij. Re.
xvij. in q̄dam muliere que duos ſ. ionathā
⁊ achimaā fugientes a facie abſalō q̄rētis
eos occidere: ex clemētia abſcōdit ī puteo.
expādendo velū ſuū ſuꝑ os putei vbi latue
runt quouſq̄ ſui abſalon querētes abierūt.
Sponſa. vnde maria dicit ꝑ ꝓs. Miſit ꝺ̃ ſummo gaudiola cariſmatū ⁊ grãꝝ per gabꝛielē ꝑanimphū qñ dixit mihi. aue gratia plena. Et accepit me in ſponſaȝ. Eccleſia etiaȝ dicit̃ ſponſa xp̃i. qꝛ ſp̃ōſo celeſti ſpũali dilectōe copulata Dicit̃ etiam vxoꝛ quia ꝑ grãm ei⁹ ad multoꝝ ſpũaliū filioꝛū ꝓcreationē fecundata ¶ Jtē marie ſp̃ōſe ꝺ̃ꝛ Cañ. iiij. Ueni de libano ſponſa mea ⁊c̃. Et dicit̃ maria ſp̃ōſa xp̃i quadā ſimilitudine. Nã q̃ vult ſp̃ōſam aſſumere: pꝛi⁹ eligit que ſibi placeat Jō de maria canit̃. Elegit eã deus ⁊ p̃elegit eã Et dixit illi. Tu mihi ſola places. Canit etiam eccl̃ia. Sola ſine exemplo placuiſti dño. i. xp̃o. Secūdo ſp̃ōſa oꝛnatur ⁊ purgat̃. qꝺ̃ factū eſt in ſanctificatione ⁊ ſingulari pꝛiuilegio qñ p̃ſeruata ē ab oꝛiginali. ⁊ oꝛnata donis ſpũſſcti. ⁊ tūc cōcupiuit rex decoꝛē ei⁹ Tertio ꝯiūcta xp̃o ꝑ verba de p̃ñti: qñ r̃ndit angelo. Fiat mihi ſcḋm ver. tu. Quarto ſcȝ ī aſſumptiōe ītroducta in thalamū ſp̃ōſi. Fuit igit̃ electa ī p̃deſtinatione. mūdata ⁊ oꝛnata in ſanctificatōne. copulata xp̃o in ei⁹ ꝯceptiōe. aſſumpta ad thalamū in aſſumptōe ¶ Aliter. maria ſponſa filij. qꝛ in matrimonio ſolēt fieri donatiōes. Uxoꝛ eñi dat aliq̄d viro ꝓpter nuptias ⁊ vir dotat vxoꝛē. Dedit eñi maria xp̃o carnē de ſua carne ī qua paſſus ē. Uñ ⁊ in paſſiōe dixit ei. Mulier ecce fili⁹ tuus Jp̃e xp̃o dedit ei q̃ſi duplicē dotē. Gratiā pꝛimo. vñ dicta eſt grã plena. ⁊ tādē gl̃iā ī excelſis. qꝛ grãm ⁊ gl̃iam dabit dñs. ꝓpter hoc in figura marie dixit lya Geñ. xxx. Ditauit me de⁹ dote bona. Jō p̃dictū fuit ꝺ̃ ea Prouerb. ix. Mulier gratioſa iueniet gloriā De iſto matrimonio expoñūt q̇dã illud verbū ade Geñ. ij. poſtq̄ȝ euigilauit ab extaſi vl̃ ſomno. vbi p̃uiderat lapſū hūani generis ⁊ modū reꝑatōis. Uñ euigilās pꝛophetauit. di. ꝓpter h̃. ſ. ꝓpter lapſum hūani generis reꝑandū. relinq̄t de⁹ hō fact⁹ vl̃ filius carnē ſumptur⁹ patrē in mūdū veniēs qꝛ egreſſus a p̃re. ⁊ matrē. i. ſynagogã ꝺ̃ q̄ nat⁹ eſt ſcḋm carnē. ⁊ adhērebit vxoꝛi ſue. ſ. eccl̃ie de gentibꝫ. vl̃ vxoꝛi ſue. i. marie. Et ī hoc ſacramēto fiet illud nouū ⁊ mirabile. ſcȝ ꝙ duo erūt in carne vna. i. mater ⁊ fili⁹ virgo ⁊ xp̃s. cū ſcḋm debitū nature curſum tres ꝯſueuerūt eſſe in carne vna. ſ. pater ⁊ mater ⁊ fili⁹. Ad h̃ fac̃ ꝙ ip̃a beata v̈go dicit Cañ. vi. Ego dilecto meo ſine p̃re ſingularis ⁊ vnica. et dilect⁹ me⁹ mihi eſt ſingulariter vnic⁹ fili⁹ ¶ Aliter ꝓpter h̃. ut ſupꝛa expoſitū eſt. relinq̄t hō p̃rem et matreȝ Quaſi p̃rem ſuum reliq̄t fili⁹ dei. cū de ſinu ei⁹ ad terrã deſcēdit. ⁊ in ſinu v̈ginis ſe recepit. Uñ hoīeȝ aſſumpſit quē ꝓ ſponſa ſua daret. Matrē etiã q̃ſi reliq̄t cū affectuȝ matris q̃ſi abijciēs coꝛp⁹ qꝺ̃ ex ea aſſumpſerat ꝓ eccl̃ia dedit ī cruce Quã ſcȝ eccl̃iam ita ſibi vniuit. vt ip̃e ſit caput: et ip̃a ſit coꝛpus. Qꝺ̃ figurabat̃ qñ q̃ſi diſſimulās matrē dicebat ei de iohe. Mulier ecce fili⁹ tuus Jo. xix. ¶ Et nota ꝙ fili⁹ vocat matreȝ ſuã ſoꝛoꝛē ⁊ ſponſam Cañ. iiij. Uulneraſti coꝛ meū ſoꝛoꝛ mea ſp̃ōſa. Soꝛoꝛē ꝓpter humane nature ꝯtuberniū. Sp̃ōſaȝ. ꝓpter incōcuſſam fidei ꝯſtãtiã. Cū eī t̃pe paſſionis fides apl̃oꝝ ꝯcuſſa vacillaret. ip̃a velut ſp̃ōſa fidelis ſp̃ōſo ſuo ſine fidei titubatōe conſtãter adheſit. Jp̃a etiã velut ſp̃ōſa ſponſo ſuo familiarioꝛ. maioꝛē ī bonis ſp̃ōſi obtīet poꝛcionē. De e⁹ fidelitate ꝯfidit valde ſp̃ōſus. ſic dicit̃ Prouer. ī fine. Cōfidit in ea coꝛ viri ſui ⁊ ſp̃o. ñ indi. qꝛ quoſcūq̄ȝ ſuis oꝛōībꝫ meritis ⁊ exēplis liberat a diabolo. appꝛonit ⁊ aſſignat dñio ſp̃ōſi ſui. Quantū aūt ꝯcupierit hāc ſp̃ōſam ſp̃ōſus celeſtȝ oñdit̃ Eccl̃i. xxxvi. vbi ꝺ̃ꝛ. Sp̃ēs mulieris exhilarat faciē viri ſui. ⁊ ſuꝑ oēm ꝯcupiſcētiam hoīs ſuꝑducet deſideriū. Sp̃ēs eī mulieris viꝝ potentē hūiliat. ſe veꝝ ⁊ auſterū emollit. Et huius mł̃ierȝ ſp̃ēm ſic ꝯcupiuit dñs ⁊ elegit ꝙ ip̃a ei⁹ deſideriū intm̃ ſuper duxit ꝙ ad nr̃am infirmitatē hūiliat⁹ ē oīpotēs. ⁊ q̇ ē vita viuētiū emollit⁹ ē ad moꝛtem. Jtē de hac ſponſa dicit̃ Eccl̃i. xxxvi. Nō ē vir illi⁹ ſcḋm filios hoīm Et paulo p⁹ Adiutoꝛiū ſcḋm illū eſt ⁊ colūna ⁊ req̇es

¶ Septima ſtella octaue corone beate virginis eſt ꝙ ipſa dr̄ columba

RAtione ſimplicitatis cõparatur maria columbe. que eſt auis ſimpliciſſima. Vñ dicit ei filiꝰ Cañ. ij. Veni colũba mea ĩ foraminibꝫ petre. Eſt aũt ſimplicitas q̄ſi collectanea bonitatis. Simplex ẽ q̄ vni rei intendit. Vñ pſ. Vnã petij a dño. Itẽ Luc. x. Vnũ eſt neceſſariũ. Et dicit̄ ſimplex q̄ſi ſine plica. i. ſine duplicitate Eſt aũt triplex ſimplicitas. vera. ficta. indiſcreta Vera iuſtoꝝ q̄ comitẽ habet diſcretionẽ. Hãc p̄cipit dñs Mat. x. dicẽs. Eſtote prudẽtes ſicut ſerpẽtes ⁊ ſimplices ſic colũbe. Talez habuit beata v̓go ſuꝑ oẽs creaturas Ficta hypocritaꝝ q̄ cõponunt̄ ſm exteriorẽ hoĩez in vultu geſtu habitu ⁊ hmõi. vt credãtur religioſi. ⁊ hec ſunt veſtimẽta ouiũ: ſed deintus ꝑuerſa ſunt oĩa ⁊ lupina Indiſcreta ſtultoꝝ q̄ ſunt vt colũba ſeducta nõ habẽs cor. Oſee. vij. ¶ Solẽt aũt tria incõmoda ſequi ſimplicitatẽ a quibꝫ optime ſibi cauit maria ¶ Primũ eſt temeritas. qꝛ de facili ſimplices decipiunt̄. Vñ cõpant̄ columbe ſeducte vt dictũ eſt. Sꝫ maria loco temeritatis habuit prudentiã ſpũs. qua bñ diſcernebat eſſe angelũ dei cui ꝯſentire deberet. Secundũ eſt debilitas. Simplices eñi de facili cadunt qꝛ reſiſtere neſciũt. ſed ipſa fuit mulier prudens ⁊ fortis q̄ contriuit caput ſerpẽtis antiq̄. Tertiũ eſt timiditas qua nõ audẽt ardua aggredi. Sed ipſa habuit ꝯfidentiã fidẽ ⁊ ſpem certã qua deũ credidit de ſe incarnari. ⁊ rñdit audacter ⁊ deuote. Ecce ancilla do. ⁊c̄. Fortitudo autẽ eiꝰ ⁊ ꝯfidẽtia in hoc apparuit ꝙ ezechiel ⁊ daniel ⁊ beatꝰ etiã iohẽs videntes anglos legunt̄ corruiſſe. Sꝫ ipſa vidẽs angelum turbata eſt ſꝫ nõ ꝑturbata. ⁊ aſpectũ angelicū ſine caſu potuit ſuſtinere ¶ Nota ꝙ ſpecies colũbe ꝯſiſtit in coloꝝ mutatiõe ⁊ varietate circa collũ. ⁊ ſignat ĩ beata v̓gine doctrine veritatẽ q̄ in collo ĩtelligit̄. qꝛ doctrix fuit doctoꝝ ⁊ magiſtra aploꝝ. Vñ q̄dã gloſa dicit ſuꝑ illo v̓bo. tota pulcra es. qꝛ ſponſa eſt pulcra p̄dicatiõe. Hãc ſpẽm p̄figurauit ſpẽs ſecũde filie iob q̄ vocabat̄ caſſia. Caſſis eñi habet folia purpurea. in folijs aũt v̓ba. in purpura xp̄i paſſio notat̄. Quid igit̄ ꝑ folia purpurea niſi paſſionis doctrina q̄ marie credit̄ affectu ⁊ effectu in v̓gine abundaſſe. Vñ ⁊ lucas cui inter ceteros euãgeliſtas appriat̄ deſcriptõ dñice paſſionis euãgelij ſeriẽ a v̓gine glorioſa dr̄ didiciſſe

¶ Octaua ſtella octaue corone b. v̓ginis eſt ꝙ ipſa dicit̄ formoſa

FOrmoſa ſiue pulcra beata virgo dicit̄ Cañ. i. Ecce tu pulcra es amica mea. ecce tu pulcra. Vñ videt̄ ei attribuere ſpõſus duplicẽ pulcritudinẽ. corꝑalẽ videlicet ⁊ ſpiritualẽ. De ſpũali pulcritudine marie q̄ cõſiſtit in virtutibꝫ aĩe: dicit ſpõſus beate v̓gini matri ſue Cañ. iiij. Tota pulcra es amica mea. ab originali pctõ p̄ſeruata ĩ vtero. Itẽ tota pulcra ab actuali pctõ mortali fomite penitꝰ ſubiugato. Et macula. etiã veniali peccati. nõ eſt in te. in ꝯceptiõe filij dei fomite penitꝰ extincto. Et iõ tota pulcra es in oꝑe. tota pulcra in corꝑe. et macula ñ eſt in te in corde ¶ Si q̄s aũt querat de pulcritudine corꝑali beate v̓ginis ꝯgruẽtiſſime mihi videt̄ poſſe dici ⁊ credi eã p̄ filiabꝫ hoĩm ſpecioſam. q̄ ſpecioſũ forma ñ ſolũ p̄ filijs hoĩm ſꝫ etiã p̄ milibꝫ angloꝝ ſue carnis ſuba veſtiuit vnigenitũ dei. Nõ enim ꝯueniẽter. tota pulcra ⁊ ſine macula appellaret̄. niſi ſm diſpoſitionẽ ⁊ figurã corꝑis. ⁊ colorez faciei pulcerrima et ſine macula appareret. ſꝫ forte ſic ĩ apocriſo de infantia ſaluatoris ſcriptũ repit̄. neo plene poterat ipiꝰ faciẽ ĩtueri Vñ dr̄ Mat. i. ꝙ ioſeph accepit mariã ⁊ ñ cognoſcebat eã donec peperit filiũ ſuũ primoge. ⁊c̄. Et dic̄ Cris. vt q̄dã aſſerit ꝙ ĩ euãgelio nazareoꝝ legit̄ ꝙ ioſeph mariã videre ñ poterat facie ad faciẽ qm̄ ſpũſſctũs eã a ꝯceptõe filij dĩ ĩpleuerat ita ꝙ ñ cognoſcebat eã ꝓpt̄ ſplẽdorẽ vultus eiꝰ De iſto decore elegãt̄ dic̄ ei q̄dã ꝓſa ice tu decorẽ ĩduiſti tu plꝰ ſole refulſiſti. tu btã mẽbra xp̄i tue carnis ꝓtexiſti polimita tũica

¶ Alij dicunt ꝙ ex quo ioſeph cognouit et
credidit mariā de ſpūſſancto ↄcepiſſe. ĩ tan
ta eũ habebat reuerētia ꝙ nunꝗ̄ auſus eſt
cōtemplari faciē eius. vnde ñ cognoſcebat
cuiꝰmodi eſſet vultꝰ eiꝰ. Siſ'e legit̃ d̄ moy
ſe Exo. xxxiiij. ꝛ. ij. Coꝝ. iij. ꝙ nō poterant
filij iſrael reſpicere ĩ faciē moyſi ꝓpter glo/
riam vultꝰ eiꝰ: qꝛ cornuta apparebat facies
eiꝰ ex cōſortio ſmonis dñi. Si g̃ tā pulcra
apparuit facies ꝓplxte ex cōſortio ſmonis
dñi q̃d eſtimas de facie matris ipſiꝰ verbi
¶ Itē rōe pulcritudinis corꝑalis ꝛ virgi/
nitatis figurat̃ ip̄a ꝑ rebeccā. de qua legit̃
Geñ. xxiiij. Ecce rebecca egrediebatur ꝛc̄.
habens idriam in ſcapula. puella decora ni
mis: virgoq̄ꝫ pulcerrima ꝛ incognita viro
Propter h̄ etiā figurat̃ ip̄a fere ꝑ vniuer/
ſas mulieres q̄ de corꝑali pulcritudine cō/
mendāt̃ in biblia. vt fuerunt ſara: rebecca:
rachel: tres filie iob noemi abiſack abigail
berſabee ſuſanna iudith heſter ꝛ cetere mul
te ¶ Poſtremo beata virgo ꝓpter ſuam for
moſitatē cōꝑatur roſe. de q̄ Eccl. xxiiij. d̄r
Quaſi plātatō roſe in hiericho. Plātatio
roſe in hiericho ē in candore v̄ginitatꝫ plā
tata affectio martyrij ꝛ paſſiōis. Iō Lu. i.
dictū eſt elegāter. Et nomē v̄ginis maria
qꝛ in amaritudine cordis ſui cōpaſſa ē xp̄o
moriēti. Color em̄ roſeꝰ q̄ſi ſanguineꝰ eſt. ꝛ
ſanguis ſignat martyriū. Vñ ip̄a fuit roſa
in hiericho. qđ ſonat defectꝰ qꝛ cōpaſſa eſt
filio q̄ñ fides ĩ omnibꝫ defecerat p̄ter ip̄aꝫ.
¶ Maria igit̃ d̄r roſa qꝛ roſa inclinis ꝛ hu
milis in ſtatura: ꝑ humilē obedientiā iuxta
doctrinā ſpūſſancti dicētis ad eā. Audi fi/
lia ꝛ vide ꝛ incli. ꝛc̄. ¶ Aromatica. Vnde
Cañ. iiij. Odor vngētoꝝ tuoꝝ ſuꝑ oīa aro
mata ¶ Maria roſa ꝓpter pulcritudinē na
turalē. Vñ Cañ. iiij. dic̄ ei ſponſus. Tota
pulcra es amica mea ꝛc̄. ¶ Verecūdiā v̄gi
nalē. Vñ d̄r ei Cañ. iiij. Sic̄ fragmē mali
punici ita gene tue ꝛc̄. ¶ Patiētiā ſingl'a/
rem. Purpurei em̄ vel ſanguinei colorꝫ eſt
ꝛ in ſanguīe ſignat̃ martyriū. qꝛ mēte com
paſſa eſt filio. et intēſio eiꝰ doloris ſignat̃ ĩ
roſa ꝑ intenſionē ruboris. ¶ Dei ꝛ p̄rimi
charitatē. Roſa ei coloris ē ignei. ꝛ ꝑ ignē
charitas deſignat̃ Luc. xxij. Ignē ve. mit/
ĩ terrā. Eſt ei roſa intētiſſimi ruboris in q̄ ſū
ma ꝑfectio amoris Eſt ꝛ frigida. in q̄ nota
tur excluſio totiꝰ praui amoris. qđ hñ cōpe
tit beate v̄gini q̄ dicit Cañ. ij. Dilectꝰ meꝰ
mihi. Hūc ꝑfectū amorē ip̄a habuit ĩ hie/
richo. i. in creatōe mortali. ¶ Maria roſa.
qꝛ hiericho defectꝰ ¶ Frigida folia eiꝰ v̄ba
eiꝰ. Vñ ꝓteſtata eſt. q̄m viꝝ nō cognoſco
Frigida etiā in folijs ab effectu. qꝛ orōibꝫ
ſuis meritis ꝛ exēplis maloꝝ ↄcupiſcētiaꝝ
feruores refrigerat. ꝛ marie in familiaribꝫ
ſuis ¶ Amara. ꝛ h̄ ab effectu. qꝛ ſemē eiꝰ. i.
verba ꝛ exēpla in ſuis imitatoribꝫ amaricāt
mūdi noxias voluptates. Ip̄a ei deſignat̃
ꝑ libꝝ quē deuorauit Ioh̄. Apoc̄. x. q̄ erat
dulcis guſtu ꝛ amarꝰ effectu ¶ Crocea in
q̄ deſignant̃ affectꝰ intime charitatꝫ ſue Ei
em̄ cura eſt de omībꝫ Sap̄. vi. q̄ſi. d. illud
Phil'. i. Teſtis mihi ē deꝰ quō vos omēs
cupiā in viſ. xp̄i filij mei ¶ Capitꝫ ↄforta/
tiua. Per caput mentē intellige. Cōforta
uit em̄ baſiliū. iulianū apoſtatā formidātē
ꝛ theophilū iā fere deſꝑantē q̄ñ locuta ē ad
cor eiꝰ. Iō d̄r roſa ĩ hiericho. qđ interp̄tat̃
defectꝰ. qꝛ ſepe niſi ↄfortaret pctōres defi/
cerēt ¶ Oculoꝝ clarificatiua. De roſis ei
efficitur aq̄ roſea q̄ doloris eſt mitigatiua.
¶ Pulcerrima ad intuēdū. Ip̄a ei eſt pul
cerrima mł'ieꝝ Cañ. v. Sic̄ roſa floꝝ. Cui
dic̄ filiꝰ Cañ. v. Oñde mihi faciē tuā ꝛc̄.
qꝛ facies tua decora ¶ Suauiſſima ad tan
gēdū. Roſa ei de ſpina naſcit̃ ñ de ſpinoſa.
ꝛ maria de iudeis q̄ erāt q̄ſi ſpine Vñ Si
cut ſpina roſaꝫ ꝛc̄. Sꝫ ip̄aꝫ ñ inueniūt pec
catores ſpinoſaꝫ aut ſcrupuloſaꝫ. qꝛ ſuauis
eſt vniuerſ Berñ. Quid ad mariā accede
re trepidat hūana fragilitas: nihil auſteꝝ ĩ
ea. nihil terribile. tota ſuauis ē. omībꝫ affe
rēs lac ꝛ lanā ¶ Delicatiſſima ad olfacien
dū. Vñ dicūt adoleſcētule Cañ. i. Curre/
mꝰ ĩ odo. vn. tu. Et ꝓpt̃ eiꝰ pulcritudineꝫ ꝛ
hāc ſuauitatē dic̄ ei eccl'ia Specioſa fcā es
ad ĩtuēdū ꝛ ſuauis ad tāgēdū ꝛ olfaciēdū.
Spinis adherꝫ. licꝫ eis oīno diſſiſ'is. ꝛ ma
ria pctōribꝫ q̄ ſūt ſpine pietate adherꝫ. ꝛ cō
paſſione. licet a pctō omīno exiſtat immunis

Prius clauſa ad ſolis ortū apitur. Unde
licet votū caſtitatis haberet. ſoli tamen iu
ſticie aperuit ſuū ꝯſenſum. Ecce ancilla ⁊c.
Anꝗꝫ marceſcat carpitˀ. qꝛ licet beata vgo
moreretˀ: tamē caro eiꝰ nō vidit corruptō
nem. Augꝰ. Credimꝰ ꝙ nunꝗꝫ caro cōpu/
truerit in terris cuiꝰ ꝑs glorificata ē in celˀ
¶ Nona ſtella octaue corone beate vginiſ
eſt ꝙ ipſa dicitˀ vxor

Uxor figurata Ge
nesˀ. iij. vbi legitˀ. vocauit adā no
men vxoris ſue euā: eo ꝙ mater
eſſet omniū viuentiū Apoc. xix. Uenerunt
nuptie agni. i. tempꝰ carnem aſſumēdi. Et
vxor eius ꝑparauit ſe. i. ſe reddidit idoneā
vt de ipſa carnē aſſumeret. Preparauit inꝗꝫ
ꝑ libertatē arbitrij. ſed qꝛ hoc non ſufficit
ſine adiutorio gratie: ſubdit. Et datum eſt
illi vt cooperiat ſe byſſo. i. caſtitate ſplēden
te ad alios ꝑ exemplū ⁊ candido quo ad ſe
et hoc maxime quādo vouit virginitatem.
Iſa. xxv. Gloria libani. id eſt. candor vgi
nitatis. decor carmeli. i. bona ꝯuerſatio ex/
terior. Ideo de maria dicitˀ Eccl. vi. De/
cor em̄ vite eſt in illa ⁊c. ¶ Uxor hec figu/
rata eſt Iudicū. v. vbi legitˀ in figura ma/
rie. Benedicta inter mulieres Iahel vx/
or aber cinei ⁊c. Beata maria dicitˀ vxor
xp̄i. Nā ſi omnis aīa ſpūaliter vxor dei eſt
illa precipue vxor dicitˀ in quā plus contu
lit gratiaꝝ. Sed in contractu matrimonij
cōſuetudo eſt vt vxor det aliquid viro pro
pter nuptias. et vir dotet vxorem. Quid
xp̄o dederit beata vgo ꝓpter nuptias. ſig/
tur in nominatione ſponſi cū dicitˀ. Aber ci
neus. Aber interp̄tatur vulneratꝰ. vel liui/
dus. Cineus lugēs. Chriſtꝰ em̄ ſumpſit ī
virgine. ⁊ ipſa dedit ei ꝑ cōſenſum naturā
in qua vulneratꝰ eſt ⁊ liuidꝰ factꝰ ⁊ lugēs.
Luxit em̄ ꝓpter peccata noſtra. ſicut dr ad
Heb. v. vt non ſolū carnis ſanguinē ſed et
anime lacrimas ꝓ nobis daret. Naꝫ ſicut
vulnerata carne ſanguis fluit. ſic ex anima
ipſiꝰ ꝑ cōpaſſionē vulnerata fluxerūt lacri/
me. Et qꝛ duplex eſt peccati genꝰ. aptū ſcꝫ
qd̓ dicitˀ vulnus. ⁊ occultū qd̓ dicitˀ liuor.
pro nobis ſuſtinuit vulnera ⁊ liuores Iſa
ie. liij. Uulneratꝰ eſt ꝓpter peccata noſtra.
⁊ liuore eiꝰ ſanati ſumus His aūt quaſi do
tauit dn̄s vginē. primo gratia. ſecūdo glo/
ria. vt ſupra dictū eſt de ſponſa ¶ In hᷦ aūt
ꝙ beata virgo dicitˀ vxor ⁊ deſpōſata. cum
tamē firmū ꝓpoſitū virginitatis habuerit
eius notatˀ humilitaſ. vn̄ ⁊ merito viole cō
paratur: ⁊ cum filio ſuo Can̄. ij. dicit. Ego
flos campi ⁊c. q̄ ꝓprie eſt viola. ſicut q̄dam
dicunt. Et ſcḋm Iſidoꝝ dicitˀ a vi odoris.
Cuiꝰ flos an̄ omnes alios flores apparens
ſerenitatē tp̄is venientē deſignat. qꝛ naſcitˀ
incipiente tp̄e vernali. Similiter maria q̄
prima emiſit votū ꝑpetue vginitatis qua
ſi in principio naſcētis eccl̓ie apparuit. et ī
tp̄e vernali qn̄ omnia terre naſcētia qd̓am
modo innouantˀ. Nā ab ip̄a incepit repa/
ratio mūdi. ⁊ poſtea ipſa q̄ſi purpurata eſt
in filij paſſiōe. cuiꝰ dolor ei ꝓ martyrio cō
putatur. qd̓ in purpura figuratˀ ¶ Maria
viola qꝛ viola flos ꝑuulꝰ ꝑ humilitatē In
clinis ꝑ obedientiā ¶ Terre adherēs. id ē
terrenis peccatoribꝫ ꝑ cōpaſſionē pietatē ⁊
affectū miſericordie. ¶ Subtilis ⁊ ſuauis
odoris ꝑ ſuaue olentē opinionē: deū ange/
los ⁊ hoīes delectantē. ideo ꝓpter vim odo
ris dicitˀ viola ¶ Temꝑate cōplexionis ꝑ
omnimodā modeſtiā: qn̄ regebatˀ omī mo/
deramine rōnis ¶ Purpurei aerei ⁊ iacin
ctini coloris ⁊ etiā liuidi ¶ Purpurei q̄ſ
regi regū cōueniens Purpura em̄ regibꝫ
cōuenit Uel purpurei ꝑ martyriū aīme qꝛ
ſanguis quo ſignatˀ martyriū purpurei co/
loris eſt. ¶ Iacinctini q̄ color celeſtis eſt.
qꝛ ꝯuerſatio eiꝰ erat ī celis Phil. iij ¶ Ae
rei rōne ſue cōtemplatiōis. Celos em̄ attī
gebat ſtans in terra. Sap̄. xviij. ¶ Liuidi
quia mente cōpaſſa eſt filio patiēti. Un̄ di
cit Can̄. i. Fuſca ſum qꝛ decolorauit me ſol
¶ Ardores febriū reprimit. i. vicioꝝ tem/
ptantiū. maxime ī familiaribꝫ ſuis. Ardor
temptatio carnis vel iracūdia mētis. Fri/
gus auaricia: pigricia: ignauia: torpor: et
deſperatio ¶ Noxios ⁊ corruptos purgat
humores. qꝛ orationibꝫ ⁊ exēplis ſuis ma/
los eliminat. ⁊ egregios format mores.

predixit. Que inueniẽs mox emit palacia.
largit̃ dona.redimit fundos.ꝯparauit ſuos
Appropinquãte vero die ſtatuto vxorez vo-
cauit ⁊ dixit. Equum ꝯſcendite. quia aliq̃
longius mecum ꝑgere vos oportet. At illa
tremens ⁊ pauẽs viri impio ꝯtradicere ñ
p̃ſumens beate marie ſe deuote cum lacri-
mis ꝯmendauit. ⁊ poſt virum abire cepit.
Cum aũt longius ꝓceſſiſſent ⁊ in via quã-
dam ecc̃iam inueniſſent.illa de equo deſcẽ-
dens ecc̃iam intrauit viro exteriuſ expectã-
te. Dum vero beate marie ſe deuote ꝯmen-
daret:illa ſubito obdormiuit. Et virgo gl'i-
oſa predicte matrone ꝑ om̃ia habitu ⁊ q̃li-
tate ſimil' de altari ꝓceſſit. ⁊ foris exiens e-
quum cõſcendit.matrona illa in ecc̃ia dor-
miente ⁊ remanẽte. Uir aũt vxorem ſuaz
arbitrãs eſſe ꝓfectus eſt. Cum aũt ad locũ
ſtatutum veniſſet:ecce princeps tenebraꝝ
cum impetu nimio veniebat. ⁊ ad locum ꝓ-
perabat. Et cum appinquaſſet ſtatim ille ĩ-
fremuit. ⁊ tremẽs ac pauẽs accedere nõ p̃-
ſumpſit. Dixitq̧ militi. Infideliſſimus bo-
minum cur mihi tal'r illuſiſti ⁊ ꝓ tãtis bñfi-
cijs talia ꝯtuliſti. Ego em̃ tibi dixeram vt
ad me adduceres tuam ꝯiugem ⁊ tu addu-
xiſti dei genitricem. Uolebã vxorem tuã ⁊
adduxiſti mariam. Nam cũ vxor tua mul-
tas mihi iniurias inferat de ea volebam ex-
petere vltõnem ⁊ tu ad me iſtam adduxiſti
vt me torqueat ⁊ ad infernum mittat. Au-
diens hec vir vehemẽter ſtupebat ⁊ p̃ timo-
re ⁊ admiratione nimia loqui non poterat
Beata autem maria dixit. Qua temerita-
te nequam ſpũs deuote mee nocere p̃ſump-
ſiſti. Non hoc impune tibi cedet. Et nũc
te hac plector ſnĩa vt in infernum deſcen-
das ⁊ alicui me cum deuotõne inuocãti no-
cere de cetero non p̃ſumas. Ille autẽ cum
multo eiulatu recedens ⁊ vir de equo exili-
ens ſe ad eius pedes ſtrauit. Quem virgo
increpans ad ſuam vxorem que adhuc in
ecc̃ia dormiuit iubet redire. ⁊ omnes diuiti-
as demonis abijcere. Rediens igitur cuz
adhuc vxorem ſuam dormiẽtem inueniꝛ3
eam excitauit. ⁊ ſibi que acciderãt enarra-
uit. Cum autem domum rediſſent ⁊ om̃es
diuitias demonis abieciſſent in laude vir-
ginis deuotiſſime ꝑmanſerunt.et multas
poſtmodum diuitias ipſa largiente acce-
perunt.

Tercia ſtella ſi-

ue tercium ſignum ſexte coro-
ne beate virginis eſt piſces.pi-
ſcis ẽ̃ra paſce do. ⁊ marie conuerſatio pa-
ſtus eſt ſapidiſſimus. Unde ipſa dic̃. Qui
edunt me adhuc eſuriẽt ⁊c̃ Piſcis gaudet
in mari ⁊ ibi nutrit̃. ⁊ ipſa in tribulatõnib9
quas patiebat̃ cum filio ⁊ ꝓ filio exultabat
⁊ ſic ſpũaliter impinguabatur. Unde ẽ ip-
ſa ⁊ ceteris ſanctis ẽ̃r deutero.penul. In-
undatõnes maris id eſt tribulatiões mun-
di quaſi lac quod dulce eſt ⁊ nutritiuuz ſu-
gent.id eſt dulciter ⁊ cum deſiderio attra-
hunt.ſicut pueri lac de mamma: exemplo
Job.vi.dicentis. Quis det vt veniat pe-
titio mea.⁊c̃. Et abacuck.iij. Ingrediatur
putredo in oſſib9 meis ⁊c̃. Maria ſiquidez
deſignatur ꝑ rebeccam que interp̃tat̃ mul-
ta patiẽtia ſiue que multum accepit. Nã q̃a
multam habuit patiẽtiam exẽplo filij ſui:
multum retributõnis ab eo creditur acce-
piſſe ⁊c̃. Sic etiam miniſtris ſuis qui patiẽ-
tiam habent in tribulatõnib9 ⁊ infirmitati-
bus ſuis.non ſolum in futuro ſed etiam in
p̃ſenti ſua pietate dignatur ſubuenire. q̃d
ſequẽti declaratur exemplo: ex illuſtribus
viris ordinis ciſter. de fratre cui beata vir-
go maria celeſtem pitãtiam ꝑ viſum dedit

¶ Fuit item in clara valle monach9 qui-
dam qui q̧uis homo bone voluntatis exi-
ſteret corpore tamẽ delicatus atq̧ infirm9
erat. ⁊ ꝓpterea in obſeruatõne ciborum ⁊ ꝓ-
curatõne medicaminum curioſus atq̧ ſu-
perſtitioſus. Clemẽs autem dominus qui
miſericorditer ſolet errãtes corrigere: ip̃m
voluit ad viam veritatis reducere vt ſciret
⁊ intelligeret q̧ ſalubriter apoſtoluſ monz
nos om̃em ſolicitudinem noſtram ꝓijcere
in ip̃m: quoniam ip̃i cura eſt de nobis. ta-
li modo viſitatõnem ſuam ſimpl'r delinq̃n-
ti p̃rogare dignatus eſt. Aſpiciebat iſdem
frater in viſione noctis ⁊ ecce vniuerſitas

fratrum quaſi ad laudes dñi ſeruitij cele/brãdas ad eccĩam feſtinabant. Porro ad oſtiũ eccĩe ſtabat illa ſublimis mater miſe/ricordie pia virgo maria que tanq̃ pcioſi electuarij pixidem portãs. ſingulis fratri/bus oratorium intrãtibꝫ ſingula ex eo cocle aria dulciſſima manu diſtribuebat. ⁊ mi/ra dulcedine guſtãtes reficiebat. Quo vi ſo frater ille gratulatus eſt vehemẽter ſpu tans ſecum ꝙ ⁊ ipſe celeſtis illius alimonie ſine obſtaculo pticeps fiere deberet. Cũq; ad manum piiſſime pcuratricis accederet benigniſſima diſſimulatrix ⁊ vere mit; vir/go repulit eum dicẽs. Nunquid tu medi camine noſtro opus habes. Nõne ſapiens medicus es ⁊ tumet ſolicite curam geris. Vade itaq; vade ⁊ tuis medicamentis v/tere ſicut volueris. quoniã de his qui curã ſuam ſup dñm ⁊ filium meum iactãt: cura eſt mihi. Quod cum ille audiſſet erubuit. ⁊ petẽs indulgentiam pmiſit ei ꝙ amplius ſe de ſeipo non intromitteret: ſed totaʒ vi/te ſue curam deo ⁊ ſibi ꝯmitteret. Ad quaʒ ſponſionẽ generale refugiũ oĩm xpianoꝝ ſed ſingularis ptectõ ſpecialium ſeruoꝝ ſu orum ciſter. fratrum ſatiſfactiõe accepta be nigniſſime penitẽti veniam indulſit. et mẽ/dicanti ſalutifere pitãtie pabulum imparti uit. Guſtata igit benedictiõe celeſtis anti doti ptinus a ſua teneritudine ⁊ infirmi/tate frater ꝯualuit. ⁊ abdicatis omĩbꝫ me/dicamẽtis ⁊ delicatioribꝫ alimẽtis ad cõ/munes cibos ſe trãſtulit. ideoq; coopante grã dei in breui decorẽ cum ſalute corpis ⁊ aĩe pariter induit ⁊ deuote beate virgini ſerui uit.

Quarta ſtel. ſiue

Quartum ſignum ſexte corone beate vginis eſt aries. hoc eſt ventilato peccatoꝝ. Aries ei defendit ſe cor nibꝫ ſuis. Et dr ab ares quod eſt virtus. q̃ ſi duo cornua marie. vgitas ⁊ humilitas. Protexit eñi ſe ab omĩ carnali vicio puri/tate virgitatis. ⁊ ab omĩ ſpũali neqcia vir/tute humilitatis. Et hec ſunt cornua q̃ ex/altabuntur in futuro. Ipi eñi ꝯuenit illud pueꝝ. xxx. Aries nec eſt qui reſiſtat ei quia ventilauit ab eccia omẽm hereticam praui tatem. Et q̃tum hoc placeat beate virgini vt illud de ea eredat ⁊ cãtetur in ſubſequẽ ti pulcerrimo declarat exemplo ex fortali/cio fidei. In liconia ciuitate regis anglie accidit quoddam miraclm quod deus vo/luit oñdere pcibꝫ beate virginis marie. vꝫ mulier quedam vidua ⁊ paupcula filium quendam nomie Alfonſum habebat: queʒ tradidit ad docendũ lrãs ⁊ rudimenta gm maticalia ⁊ muſicalia ⁊c. Erat autem pdic/tus puer etatis annoꝝ deceʒ. cuius erat cõ ſuetudo ordĩata vt primo quotidie iret ad eccĩam deinde ad ſcolas. Cum autem ſepe in eccĩa illam preclaram antiphonam Al/ma redẽptoris mater audiret cantare: tãtã deuotõnem concepit in. b. virgine. ⁊ ſic mẽ ti impſſit predcãm antiphonam ꝙ quocun q; iret de die ⁊ de nocte p vicos ⁊ plateas more pueroꝝ ſupradictam antiphonã: alta voce dulciſſime cantabat. Trãſitus autem eius erat cum iret ad domum mrĩs vel rdi ret ab eadem p vicum quendam iudeoꝝ. Qui audiẽtes frequẽter predictam virgi nis cantatõem ab ore iuuenis quidam eo/rum queſiuit a quodã docto xpiano quid eſ ſet ſenſus illius cãtatõnis cum eius cãtus tam dulcis eſſet. Et vt cognouit ꝙ illa e/rat aña quedã que ad honorem ⁊ laudem virginis beate marie matris redemptoris iheſu xpi veri meſſie decãtabat a fidelibꝫ i eccia. ꝯcepit dolorem ⁊ peperit iniquitateʒ ꝙ ꝯſilium habuit cum ſuis complicibus q̃/rum corda dyabolus poſſidebat: quomodo pdictum infantem morti traderẽt ⁊ occide rent. Hora ergo oportuna obſuata cum p uulus predictus alta voce cantãdo predic tam antiphonã trãſiret per eorum vicum: ſubito ſicut a rugientibꝫ leonibꝫ rapitur. ⁊ recluſus in domo quadam de modo mortꝫ eius tractauerũt. Et diffinitum eſt ĩter eos ꝙ eius lingua cum qua beataʒ virgineʒ lau dabat extraheretur p oppoſitam capitꝫ p/tem. Secundo ꝙ etiam extraheretur eius cor cum quo cogitabat pdictam cãtatõnẽ ⁊ vltimo ꝙ corpus eius pjiceretur in loco

pfundiſſimo ꝛ immundiſſimo. fetoribuſqꝫ pleno. qui locus erat eorum ꝯtinua latrina vt nullatenus ſignum eius inueniri poſſet Et factum eſt ſic. Sꝫ virgo beata que ma-ter eſt miſericordie ꝛ pietatis nec obliuioni tradit ſeruitium quodcunqꝫ ſibi factum ſta tim cum ille deuotiſſimus ſuus cantor in p̄ dicto loco fetido fuit piectus. affuit preſē eidem. ꝛ poſuit in eius ore lapidem quēdaꝫ precioſum qui locum lingue ſuppleret. Et ſtatim cepit cātare vt prius predcām anti-phonam: imo melius ꝛ altius qꝫ primo nec aliquā do ceſſabat. nec de die nec de nocte a predicto cantu Et tali modo ſtetit in pre dicto loco puulus ille quattuor dieb̄. Cū vero mater eius videret ꝙ ſicut conſueue rat ad domuꝫ eius nō veniret celeri greſſu ad domum cuiuſdā religioſi qui iuueni p̄n dia ſepe ꝑter paupꝫtatem matris prebebat peruenit. ac deinde ad ſcolas nec poterat in uenire. Diſcurrebat vndiqꝫ ꝑ ciuitatē an xia mulier ſi poſſet alicubi inuenire filiū ſu um. ꝛ diſponente deo in fine quattuor die rum predictoꝝ mulier illa tranſiuit ꝑ vicū illum in quo filius ſuus fuerat occiſus ꝛ ī latrinam piectus. Et ecce vox filij ſui can-tantis dulciſſime cantatōnem illam virgi-nis quam ſepiſſime ab eo audierat inſonu-it in aurib̄ eius. Quo audito clamoribus magnis predicta mulier clamare cēpit ꝛ ꝯ gregate ſunt multe gentes. ꝛ cuꝫ eis iudex ciuitatis intrauerūtqꝫ domum illam ī qua vox illa audiebatur Et finaliter inuent⁹ eſt iuuenis in loco predicto ꝛ extract⁹. nec vn qꝫ ceſſabat a cātu illo dulciſſimo licꝫ mor-tuus foret. Indutuſqꝫ alijs veſtimentis ꝑ dominos qui ibidem venerant honoficatuꝫ eſt epiſcopo ciuitatis. Qui ilico veniēs ad ſpectaculum p̄cepit ꝙ poneretur honorifi-ce in quodā lecto ꝛ ſic deductus eſt cum ſo lenni ꝓceſſione ꝛ magno honore ad eccleſi am cathedralem predicte ciuitatis ſemper tamē ꝯtinuabat cāticum ſuum. Cōuenien-tibus ergo in vnum ad predictam eccl'iaꝫ dictus ep̄us celebrauit ꝛ fecit ſolenneꝫ ſer monem. precepitqꝫ omnibus audientibuſ ꝙ deuotas funderent ad deum orationes: vt precib̄ beate virginis deus dignaretur reuelare hoc ſecretum. finito vero ſermone placuit altiſſimo ꝛ ſue beatiſſime matri ꝙ fuit detecta impijſſimorum iudeoꝝ ꝓditio ꝛ crudelitas. quia eadeꝫ hora ſurrexit par uul⁹ ille ꝛ ſtetit ꝑ pedes in lecto in quo iace bat ꝛ extraxit ex ore ſuo vnum p̄cioſiſſimū lapidem. dixitqꝫ om̄i pop'lo leta ꝛ hilari fa cie qualiter ſibi acciderat ſicut dictum eſt. ꝛ quomodo virgo beata ad eum venerat et poſuerat dictum lapidem in ore eius vt ñ ceſſaret mortuus ab eiuſ laude. ꝛ vt oſtēde retur gloria filij ſui in ſalutem credētiuꝫ et perditionem odientium et incredulorum. Poſt hoc autem vocauit ad ſe epiſcopum ꝛ dedit ſibi pacem ſimiliter ꝛ matri. ꝛ facta expeditōne ab om̄i populo certificauit eos ꝙ aſcendit ad celos in ſocietatem virginꝭ glorioſe. ꝛ tradidit predcūm lapidem pre-cioſum ep̄o vt poneret cum alijs reliquijs in altari. Quo facto ſignaculo ſancte crucꝭ ſe inſigniuit. ꝛ coaptans ſe lecto animā tra didit ſaluatori. Qui honorifice ſepult⁹ fu-it in quodam ſepulcro marmoreo qō mul-to tempe p̄cioſos lapides emanauit. ꝛ oēſ iudei in regno p̄dicto ſunt occiſi.

Quinta ſtella ſexte corone beate v̄ginis ſiue q̄n tum ſignum eſt thaurus qui ē aīmal ſuperbum ꝛ immolaticiū. ꝛ deſignat quandam ſanctam ſuperbiā qua quis dedi gnatur ꝛ reꝓbat vicia ꝛ peccata. Hāc ha-buit beata virgo cum eſſet virgo ſapiētiſſi-ma. quia in multa ſapīa multa indignatio. Eccleſi. i. Unde ꝛ dicit cum filio Yſa. lxiij Indignatō mea ip̄a auxiliata eſt mihi. Ui tulus etiam ſolet domīo immolari et deſi-gnat ſacrificium laudis de victoria vicioꝝ vn̄ Oſe. xiiij. Reddemus vitulos labioꝝ noſtrorum. Et pſal. Imponent ſuper alta-re tuum vitulos. Et victoriam vicioruꝫ at tribuere non ſibi ſed deo. ꝛ illud ſacrificiū quod placebit deo ſuꝑ vitulum nouellum. Et debet hic vitulus eſſe ſaginatus. Luce xv. per deuotōnis pinguedinem. Hanc de uotionem habuit quidam miles ad beataꝫ

virginem. ideo meruit ab ea cōtra diabolū
defendi. Ex ſpeculo hiſtoriali de milite rap
tore quem diabolus ſemꝑ nitebatur ſtran-
gulare ſed non poterat die illa qua glorio-
ſam virginem ſalutauerat. Quidam mi
les quoddam in via communi habebat ca
ſtrum. ⁊ oēs tranſeūtes ſine miſeratōe a-
liqua ſpoliabat. virginem tamē Mariam
dei genitricem quotidie ſalutabat. nec ꝓ ali
quo impedimēto emergenti ab ipa ſaluta-
tiōe aliqua die ceſſare volebat. Accidit au
tem vt quidam vir ſanctus inde tranſituꝫ
faceret. ⁊ ipſum predictus miles ſpoliari iu
beret. Uir autem ſanctus rogauit predo-
nes vt ipſum ad dominum ſuum deducant
quia ad ipſum haberet ſecreta que ꝓferret.
Adductus autem rogauit militem vt om-
nes de familia ſua ⁊ caſtro cōgregari face-
ret vt eis verbum domī p̄dicaret. Cum au
tem cōgregati fuiſſent: ait ille. Nequaq̄m
adhuc omēs hic eſtis ſed aliquis adhuc de
eſt. Cui cum ſe omnes ibideꝫ eſſe aſſererēt
aiebat. Diligēter perquirite ⁊ aliquem īue
nietis abeſſe. Tunc vnus exclamans ait. q̄
niam illuc ſolus camerarius non veniſſet.
Ille autem dixit. Uere ille eſt qui ſolꝰ de-
eſt. Pro eo ergo cito mittitur ⁊ in mediuꝫ
adducit̄. Cum igitur virum dei vidiſſꝫ: re
uolutis terribiliter oculis caput inſtar in-
ſani agitabat. nec ꝓpius accedere audebat
Uir autem ſanctus dixit ei. Adiuro te per
nomen domī noſtri Jheſu xp̄i vt quis ſis e
diſſeras nobis ⁊ quam ob cauſam huc ve-
neris palam pandas. Cui ille rn̄dit. Heu
adiuratus ꝓdere cogor inuitus. Ego eniꝫ
non ſum homo ſed demon qui formam ho-
minis accepi ⁊ quattuordecim annis cum
hoc milite permāſi. Nam princeps noſter
me huc miſit vt dieꝫ qua hic ſue Marie ſa
lutatōnem non diceret diligētius obſua-
rem: vt in eum poteſtate accepta ip̄m con
tinuo ſtrāgularem. ⁊ ſic in malis operibus
vitam finiens noſter eſſet. Quacunqꝫ eni
die illam ſalutatōnem dicebat: in ip̄m po-
teſtatem habere non poteram. Ecce auteꝫ
de die in diem diligentius obſeruaui ⁊ nul-
lum diem quin eam ſalutauerit pretermi-
ſit. Hoc miles audiens vehementer obſtu-
puit. ⁊ ad pedes viri dei ꝓcidens veniā po
ſtulauit. ⁊ in melius deinceps vitam muta
uit. Uir autem ſanctus dixit demōi. Pre-
cipio tibi demon in nomine domini noſtri
iheſu xp̄i vt hinc ſtatim abſcedas. ⁊ talē de
inceps locum poſſideas vbi nulli glo̊ſaꝫ dī
genitricē inuocāti nocere p̄ſumas. Hec v
bi iuſſa dedit, demō abſcedēs vt fumꝰ eua-
nuit.

Sexta ſtella ſex-

te corone beate virgīs ſiue ſex-
tum ſignum eſt gemini. quod ē
aliena negocia curare vt ꝓpria ⁊ non ſibi ſꝫ
toti genitum ſe credere mundo Et hoc ma
xime facit virtus caritatis que non querit
que ſua ſunt. i. Corinth. xiij. ſed commūia
negocia ꝓpriis anteponit vt dicit beatꝰ Au
guſtinus. Et hoc fecit beata virgo que cō-
cepto ſaluatore noluit reſidere in pace. ſed
ſtatim viſitauit Elizabeth pregnantem vt
miſtraret ei. Que etiam cum filio mori de
ſiderauit ꝓ ſalute mūdi. ⁊ ſi animam nō po
ſuit: expoſuit tamen. Unde ⁊ noſtra di-
citur aduocata ⁊ merito vt in ſubſequēti ſa
tis lucide apparet exemplo. Ex libro apuꝫ
de domo ordinis cyſtercieñ. liberata a ma-
xima tempeſtate dum cōuentus antiphō.
ſalue regina cantaret. Fontij clauſtrū eſt
ordinis cyſtercieñ. nobiliſſimum atqꝫ ditiſ
ſimum. Contigit autem vt obnubilatōe ce
lum tempeſtatē aeris grauiſſimam minare
tur. Que ⁊ facta eſt. Sparſis ergo choru-
ſcatōnibus vndequaqꝫ per aera ſequūtur
⁊ fulgura. Que vt vidēt monachi certatiꝫ
ad ecclīam fugierunt. Ubi cōuentu in cho
ro totaliter cōgregato: videntes patrie et
clauſtro ſpecialiter imminere inchoāt altiſ-
ſimis vocib; ſalue regina miſericordie. ⁊c̄.
Et cum veniſſent ad illū locuꝫ eya ergo ad-
uocata noſtra ⁊c̄. ſubito vehemētiſſimꝰ vē
tus ab occidente veniens cum horribili fra
gore tonitrui feneſtras eccleſie vitreas cuꝫ
tanto impetu totaliter diſſipauit vt ecclīa
firmiſſime ſolida corruere videretur. Nec
mora vbi in tanto diſcrimīe facer cōuētus

flexit genua ⁊ illa verba antiphone cãtauit ⁊ ihesum bñdictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtẽde: ſtatim ymago crucifixi que media ſtabat inter chorũ monachorum ⁊ chorum cõuerſorum fratrum ↄuerſa ad oriẽtem verſus chorum mõachorum reflexa eſt ⁊ vt michi a monachis dictum eſt cõtra naturaꝫ picture oculos aperuit ⁊ mox omnis timor ſublata tẽpeſtate ceſſauit. Quis ergo in tãto miraculo nõ obſtupeſcat. Quis non videat ⁊ plane collaudet illam miſericordie patronã ⁊ mrẽm que ſpeciali priuilegio xp̃o poteſt imperare vt filio et reconciliare miſeros quos noxa p̃ſcripſerat vt benedictum ihesum fructuꝫ ventris ſui illis in ſalutem oſtendat qui vẽturus eſt reprobis in ↄdemnatõem.

Septima ſtella

Septima ſtella ſexte corone beate virginis ſiue ſeptimum ſignum ẽ cãcer qui r̃trogradiť quod eſt redire ad ſe ꝑ ſui diſcuſſionem. Hoc ſignũ fuit in hoc celo quãdo cum annunciareť ei ↄceptus filij dei ↄſcia humane fragilitatis ⁊ ſexus muliebris ⁊ indignam ſe reputãs ad tãtam dignitatẽ: humiliter dicit. Ecce ancilla domi. ⁊c̃. Moralr yſa. xlvi. Redite p̃uaricatores ad cor. Naum vltio diciť peccatori. Intra in lutũ ⁊ calca ⁊c̃. Michee vi. Humiliatõ tui ĩ medio tui. Quomodo autẽ retrogradus iſte inceſſus deo ⁊ btẽ virgini placeat. ſ. ꝙ homo a vicijs ⁊ mala conſuetudine deſiſtat ⁊ ſeip̃m recognoſcẽs ꝓ peccatis ſuis aliquã pniãm in p̃ſenti facere incipiat ſubſequẽti declarať exẽplo. Ex dyalogo ceſarij de latrone qui diem ſabbati ob reuerẽtiam beate virginis ieiunabat.

¶ In vicinia ciuitatis Tridentine latro famoſiſſimus fuit a quo multi dep̃dabanť. ⁊ qui ſe defendere voluerũt nec potuerũt occidebantur. Hic cum die quadã mõachuꝫ quẽdam ordinis cyſtercieñ. obuiũ haberet: ſperans ꝙ pecuniam haberet ⁊ portaret. ait mõacho. Niſi libenter ſequaris me ego occidam te. Quẽ cum monachus ſequereť ⁊ quereret in via quis eẽt vel quod op⁹ haberet. Reſpondit ille. Ego ſum latro ille famoſiſſimus nomẽ ſuum exprimẽs. Cui cũ monachus diceret. iam incipitis caneſcere ⁊ non timetis aĩme veſtre. Reſpondit ille. Non plus ꝙ̃ pecus. ⁊ tacuit mõachus Veniẽs autem in ſpelũcam ip̃ius ait ĩtra ſe. Si poſſem hũc homĩem conuertere magnum deo p̃ſtarem obſequiuꝫ. Dixitq̃ʒ ad latronem. Si liceret mihi aliquid vos interrogare. Reſpondente illo: licet. monachus ſubiũxit. Qualis extitit vita veſtra a principio. Reſpondit ille. Peſſima. Quãdo puer eram cum omnib⁹ coetaneis meis cõtendebã. factus adoleſcẽs furti operam dedi. Deinde in virum ꝓficiẽs latrocinia exercui. in quib⁹ adeo ꝓfeci vt hodie caput ſim ⁊ magiſter omniũ latronum huius ꝓuincie. Ad quem monachus. Nõ timetis penas eternas huiuſmõi oꝑib⁹ preꝑatas. Dicẽte illo. de aĩma nulla queſtio eſt mihi eo ꝙ perdita ſit. Monachus r̃ndit. Quid ſi poſſem vobis oſtẽdere viam ſalutis velletis michi acquieſcere. Ait latro. etiã conſentirem. Et monachus. Ieiunate vnum diem in ebdomada in honorem ſancte dei genitricis ⁊ nullum ledatis. ⁊ ſciatis ꝓ certo ꝙ grãm apud filium eius obtinebitis. Reſpondit latro Hoc reuera faciã ⁊ iam voueo nichil ea die comedã ꝙ̃ ſemel. ⁊ neminem dep̃dabor nec aliquem ledã. Elegitq̃ʒ diem ſabbati nichil in eo mali oꝑãs ĩmo plurimos ſocioꝝ manib⁹ depredãdos vel occidẽdos ob honorem beate virginis eripiẽs Eodem tẽpore Tridẽtinum ab hoſtib⁹ per circũitũ infeſtabať. Et exeũtes ſatellites ciuitatis cuꝫ hoſtes quadã die ſabbati inſequerẽtur: iam dictum latronẽ inermem ꝓpter ſabbatum cum ceteris ceperũt ⁊ cum eſſet fortiſſimus non ſe defendebat: cum caꝑetur non ſe excuſabat ⁊ noluit loq̃ interrogatus cum duceret̃. Venienſq̃ʒ in ciuitatem mox vt cognitus eſt patibulo adiudicatus eſt. Nutu tamẽ vt creditur beate marie virginis ſuꝑ pulcritudine corporis eius iudices moti: in hoc cõuenerũt vt ꝓuincia abiurata viueret. Quod cum abnueret ⁊ diceret. non faciam. melius ẽ enĩ

vt hic peccata mea luam q̄ꝫ in futuro. Reſponderūt iudices. ſine tamē vt decolleris. Non curo inquit qualis ſit pena dūmodo occidar. Et illi. vis vt tibi vocetur ſacerdos. Reſpondit. Non eſt neceſſe. Omnes enī chriſtiani eſtis. omnibꝫ vobis peccata mea cōfiteor. Quod cum feciſſet. cū multa cōtritōne nil ſe boni vnq̄ꝫ feciſſe teſtabatur preter illud ieiunium quod a monacho didicerat. Sicq̄ꝫ extra ciuitatē decollatus eſt ⁊ in eodē loco ſepultus. Nocte eadem vigiles portarum circa eius tumulū luminaria viderūt. Quinq̄ꝫ enim matrone corpus eius effodiētes ⁊ caput corpori adaptantes poſuerūt in feretro mire texture purpura ſupiecta. Ex quibꝫ quattuor ſingulas candelas ardētes in manibꝫ habentes: per quattuor partes feretrum tollētes. quinta que clariſſima omniū erat cum candela ſequente ad portam vſq̄ꝫ venerunt. ibiq̄ꝫ corpus deponētes. Cuſtodes vero iſta videntes timuerūt: putātes eſſe fantaſma. Quibus illa dicebat. Dicite epiſcopo vrbis vt capellanum meum a vobis decollatū in tali loco eccleſie honorifice ſepeliat. m̄ias addens ſi negligeret. ⁊ nomiauit ſe. Mane vero cum epō nūciata hec eſſent cum clero et populo exiēs purpurā depoſuit caput preciſum corpori vnitum expauit. texturāq̄ꝫ purpure humanum artificium excedenteꝫ admiratus. relatis credidit. hoīem cum timore ⁊ honore maximo non vt latronem ſed vt chriſti martirem in loco deſignato ſepeliuit. Ab illo tempe vſq̄ꝫ hodie vix aliq̄s adultus inuenit̄ in illa ꝓuīcia. qui eius exemplo in honore dn̄e noſtre ſabbatum nō ieiunet

Octaua ſtella ſexte corone beate virginis ſiue octauū ſignū eſt leo. quo rugiēte aīmalia figunt gradū hoc eſt repſſio prauorum motuū ſenſualitatis ⁊ fomitiſ. Haud dubium hoc ſignum fuiſſe in hoc celo. Nā ante cōceptum filij omnīo fomes extinct⁹ eſt in ea nec vnq̄ꝫ ſenſit huiuſmōi. Quantum ergo valeat clamor ⁊ auxiliū huius leonis id eſt beate virginis contra malas beſtias. id eſt demones in ſubſequēti declaratur exemplo. Ex dyalogo ceſarij de monacho cui beata virgo Maria gratiā cōfitendi obtinuit. ¶ In ꝓuincia apprica domus ordinis cyſtercienſ. eſt ſita que cruppa vocat̄. In hac infirmatus eſt quidā monachus ad mortem. ⁊ deputati ſunt ei duo ad ſeruiēdum. Qui dum ſimul extiſſent. et eger ſoluſ iaceret ingreſſi ſunt duo tetri ſpiritus in angulo domus ſtātes. comploſis autem manibꝫ cachīnātes dicebāt ad inuīcem. Cras hora tercia cuꝫ magno gaudio deducemus animam huius ad infernum. Mox infirmus tremere cepit atq̄ꝫ palleſcere. maxime ꝓpter remorſum cōſciētie. Cōmiſerat enim quedam peccata grauia. que vetante erubeſcētia confiteri non poterat: neq̄ꝫ clericus in ſeculo. neq̄ꝫ nouitius vel monachus in monaſterio. Iacens vero et circumſpiciēs cōtemplatus eſt ī āgulo oppoſito matronā pulcherrimam in hec verba demōibus cachīnantibꝫ reſpondentem Nolite nimis gaudere. Ego dabo illi conſilium qualiter dentes veſtros euadat. P⁹ quod verbum oīs viſio miniſtris intrātibus diſparuit. Conſilium autem cōfeſſionis intelligēs matronam vero ſanctaꝫ dei genitricem. quam in tanto periculo vt opinor inuocauerat. priorem vocari fecit. cuī oīa peccata ſua meritis beate dei genitricis adiutus. plene ac deuote confitens. et vt eadem abbati qui abſenſ erat reuelaret ſupplicās. oleo ſacro inūctus ⁊ domīci corporis ſacramēto munitus hora a demonibus predicta. ſub ſpe venie ſpiritum exalabat.

Nona ſtella ſexte corone beate virgīs ſiue nonum ſignum eſt virgo. hoc eſt bona ſterilitas. de qua dicit̄ Sapient. iij. Felix ſterilis ⁊ icoinquinata. ⁊c. Sub hoc ſigno exorta eſt glorioſa virgo noſtra que prima vouit virginitatē. ⁊ repudiauit virilis coitus feditatē. Unde dixit. Quoniam virum non cognoſco. Moraliter. per

hoc ſignum intelligit̃ cõſideratõ ꝓprie inſe
cunditatis qua ſumus ſteriles ⁊ infructu/
oſi a bona operatõne. De quibꝰ dicit̃ Ma/
thei. vij. Omnis arbor que non facit fructũ
bonum excidetur ⁊ in ignẽ mittetur. Ideo
nõ reſtat niſi ꝑ lãctus. luctus. ⁊ gemitꝰ. vn
de Joelis primo. Plãge quaſi virgo accĩ/
cta ſacco. ⁊c. ꝓpter hoc dicit̃ filia Jepte fle
uiſſe virginitatẽ. Judicũ. xi. Hunc fletum
quidam adoleſcẽs nobilis habuit qui deuʒ
negauit ⁊ homagium dyabolo fecit. ĩterceſ/
ſione tamẽ beate virginis quaʒ negare no/
luit remiſſionem meruit Ex dyalogo mira
culoꝝ ceſarij ¶ Juxta floreſulam ceno
bium ordinis p̃monſtracenſiũ: in dyoceſi
leodicenſi adoleſcẽs quidam nobilis habi
tabat. Cui pater moriens vtpote vir mag/
nus ⁊ potens multas diuitias reliq̃t. Fac/
tus miles idem iuuenis vt gloriam ſibi ac
quireret tẽporalem in breui ad magnaʒ de/
ductus eſt paupertatẽ. Cauſa enim laudis
humane: torneamẽtis totus deditus erat
hyſtrionibus larga manu ſua tribuebat.
Et quia ad tales effuſiones redditus an/
nui minus ſufficiebant. hereditatem vende
re paternam compellebatur. Erat in proxi
mo manẽs miles quidã. diues et honeſtuſ
miniſterialis tamẽ. Huic iuuenis iam di/
ctus allodia ſiue feuda partim vendebat. ⁊
partim in vadimonio exponebat. Et cum
iam nõ haberet quod venderet vel expone/
ret cogitabat exulare tolerabilius iudicãs
inter extraneos mendicare q̃ inter notos
⁊ affines egeſtatis confuſionem ſuſtinere.
Habebat autem villicum homĩem quẽdã
malignum. nomĩe non re chriſtianuʒ. ⁊ de/
monum miniſterio ex toto mancipatũ. Vi
dens hic dominum ſuũ triſtem ⁊ triſticie ñ
ignorans cauſam dicebat ei. Domine vul/
tis diues fieri. Reſpondit. Libenter diueſ
fierem dummodo diuitie ip̃e poſſent eẽ cũ
deo. Et villicus. Nolite timere. ſequimi/
ni tãtum me ⁊ bene erit vobis. Statim ſe/
cutus eſt miſerum: tanq̃ ſerpentis vocem
eua. quaſi ſybilum aucupis auicula. in la/
queum dyaboli celerius deponendus. Et

duxit eum in ipſa nocte per quoddam ne/
mus in locum paluſtrẽ. ⁊ cepit cum aliquo
quaſi habere ſermonẽ. Cui iuuenis. Cum
quo loqueris. Reſpõdit villicus. Tacete
tãtum vos ⁊ non ſit vobis cura cuʒ quo lo/
quor. Cunq̃ ſecũdo loqueretur ⁊ iuuenis
iterato ſciſcitaretur: reſpondit. cum dyabo
lo. Et cepit iuuenis nimis horrere. Dice/
batq̃ villicus dyabolo. Domĩe ecce virũ
hunc nobilem dominũ meum adduxi gra
tie veſtre. maieſtati veſtre ſupplicãs. vt ve
ſtro auxilio priſtinis honoribꝰ atq̃ diuitijſ
reſtitui mereatur. Ad quem dyabolus. Si
michi voluerit eſſe deuotus ⁊ fidelis. da/
bo ei diuitias magnas. inſuꝑ addam gloriã
et honores quales non habuerunt eiꝰ pa/
tres. Reſpondit villicus. Libenter vobis
obſequioſus erit ⁊ fidelis. ſi talia fuerit cõ
ſecutus. Et ille. Si voluerit iſta a me con/
ſequi abrenunciare debet in inſtanti altiſſi/
mo. Quod cum iuuenis audiret et facere
renueret. dicebat ei homo ille perditionis.
Quid timetis. ꝓferre vnum verbum. Di/
cite abrenuncio. Tandem miſer iuuenis a
villico ꝑſuaſus creatorem ſuum ore nega/
uit manu aſtipulauit dyabolo homagiũ fe/
cit. Hoc ſcelere perpetrato dyabolus adie/
cit. Adhuc opus imꝑfectũ eſt etiam abre/
nũciare debet matri altiſſimi. Illa eſt eniʒ
que nobis maximũ infert damnũ. Quos
filius ꝑ iuſticiam abijcit. mater quia nimiſ
miſericors eſt ad indulgẽtiaʒ reducit. Sibi/
lauit iteꝝ ſerpens in aure adoleſcẽtis vt do
mino ſuo in hoc obediret vt ſicut filiuʒ ita
etiam mrẽm eius abnegaret. Ad quod ver/
bum iuuenis nimis expauit ⁊ turbatꝰ ſuꝑ
modũ reſpondit. Hoc nunq̃ faciaʒ. Qua
re inquit. Feciſtis quod maius eſt. facite e
tiam quod minꝰ eſt. Maior eſt creator q̃
creatura. Et ille. Nũq̃ eam negabo. etiaʒ
ſi oꝑtuerit me oſtiatim mẽdicare ꝑ omnes
dies vite mee. Et nõ acquieuit Sicq̃ im
perfecto negocio ambo reuerſi ſunt nihil ſi
quidem honoris ꝯſecuti. ſed maximo pec/
cati pondere grauati villicus ſuadendo iu
uenis conſentiẽdo. ¶ Pergẽtes vero ſiĺ

venerūt ad quandam eccīam cuius campa
narius ianuam exiēs reliquerat ſemiclau/
ſam. Mox iuuenis exiliēs de equo ꝯmiſit
eum villico dicēs. Expecta me hic donec
reuertar ad te. Et intrans eccīam ante ora/
tum aurore ꝓſtrauit ſe ante altare. ⁊ ex in/
timo corde ipām in rēm miſcōie cepit inuo
care. Erat autem ſup idem altare ymago
ipius ꝟginis ⁊ matris puerum ihēſum in
ſinu habens. Et ecce meritis ipius ꝑclariſ
ſime ſtelle maris verus lucifer oriri cepit i
corde ſepedicti adoleſcētis. Tantam ei do
minus ꝓpter honorem matris quā non ne
gauerat ꝯtritōnem donare dignatus ē: vt
pre fletu rugiret. ⁊ ꝑ planctu nimiꝭ clamo
rib repleret. Eadem hora ſupradictuſ mi
les qui oīa bona eius habebat. diuino vt
creditur nutu ad eādem ecclīam diuertēs
⁊ videret apertam: putāſ ibi diuīa celebra
ri. maxime ꝓpter clamores intrinſecus ſo/
lus intrauit inueniēs coram altari iuuenē
ſibi bene notum lacrimātem. ⁊ putans ꝙ
ſolummodo defleret calamitatem ſuam. re
tro quādam columnam latenter ſeceſſit rei
exitum expectās. Cunꝗ terribilē illam ma
ieſtatem quā negauerat nomīare vel inuo/
care non auderet. ſed tantū piiſſimam eiuſ
genitricē lacrimoſis vocib pulſaret. vtro
ꝗ audiēte ꝑ os ymaginis ſue beata ⁊ ſingu
laris xp̄ianoꝝ aduocata filio loquebatur in
hec ꝟba. Dulciſſime fili miſere huic homī
Puer vero matri nil rñdit. faciem ab ea a
uertēs. Cunꝗ iteꝝ rogaret homīem ſedu
ctum aſſerens. matri dorſum vertit dicens
Iſte homo negauit me quid ei faciā. Poſt
hec ꝟba ymago ſurrexit. puerum ſup alta/
re poſuit. eiuſꝗ pedib ꝓna ſe ꝓſtrauit ⁊ ait
Rogo fili mi vt ꝓpter me dimittas ei pec/
catum hoc. Rñdit illi. mater nunꝗ aliqd
tibi negare potui: ecce ꝓpter te totū dimit
to. Surgēs aūt iuuenis exiuit de eccīa tri
ſtis quidem de culpa. ſed hilaris de indul
gentia. Exiuit poſt eum ſepedictuſ miles la
tenter ⁊ quaſi rem igīraret. queſiuit quare
tam humidos oculos haberet. Reſpondit
de vento eſt. Et ille. Domīe nō me latet cā
triſticie veſtre. habeo eñ vnicam filiam: ſi
vultis illam ducere vxorem omnia veſtra
cum illa vobis reſtituam. inſup ⁊ heredem
diuitiarum mearum vos conſtituam. Ad
hec iuuenis letus effectus: ſi hoc facere di/
gnaremini inquit plurimū michi placeret
Reuerſus miles ad vxorem ſuā rem ei per
ordinem retulit. Cōſenſit illa. celebrantur
nuptie. ⁊ iuueni ſub nomīe dotis oīa ſua
reſtituuntur

Decima ſtella
ſexte corone. b. ꝟginiſ ſiue
decimū ſignū eſt libra hoc ē
ponderatō pēnitētie ad quātitatē peccato/
rum. vel ponderatio opatōnis ad gratiam
nobis datam. vel ponderatō gratiaꝝ actio
nis ad beneficia creatoris. Et hāc habuit
iſtud celum. Iuxta illud Eccleſi. xxi. Uer
ba ſapiētum ſtatera ponderabūtur. Nā ad
ſingula dei beneficia ſingulas reddebat gra
tiarum actōnes dicēs. Fecit michi magna
qui potēs eſt. ⁊ huiuſmōi. Propter hoc in
libro de infantia eius diciť ꝙ ſine ītermiſſi
one benedicebat deum. Et ne forte vel ī ſa/
lutatōne ſua a dei laudib tolleretur ſi quiſ
prius eam ſalutaret. illa ꝓ ſalutatōne deo
gratias reſpondebat. Ipſi enim maxīe con
ueniebat dicere inceſſanter illud apoſtoli
ij. Corin. ix. Gratiaſ deo ſuper inenarrabi
li dono eius. Nobis eñ ſumme incumbit
hoc idem. quia nob miſicordiſ ꝯtulit hāc
mariam. Moraliter. Ille in ſe habet hoc ſi/
gnum. qui ponderat penitētiam ſuam ſcđꝫ
ꝙ peccauit. Unde deuterōi. xxv. Pro mē
ſura peccati erit ⁊ plagarum modus. ⁊c̄ ni
ſi hic plagarum modus meritis ⁊ interceſ/
ſione beate ꝟginis modereť. quod manife
ſte patet in exemplo ſequēti. De rolando
archiepō qui vi oppreſſit quādam abbatiſ/
ſam. interceſſione tamē beate ꝟginiſ meru/
it remiſſionem. Ex ſpeculo hyſtoriali

Fuit quidam archiepus Biſuncie: nomīe
rolandus de nobili ꝓſapia ortus. ſatis po/
tens ⁊ vtilis eccīe. virgini etiam glōſe de/
uotus. ſed quod peius eſt ⁊ totam maſſam

corrumpit .lubricus ꝛ guloſus. Cum au/
tem quedam abbatiſſa ex claro gñe orta:
virgoq3 pulcherrima ac deo dicata. qua
dam vice ad eius curiam veniſſet ꝑpter do
mus ſue negocia. mox vt eps eam vidit in
ↄcupiſcentiam eius exarſit dicẽs ad eam.
O domina poſt prãdium redeatis quia vo
lumus vobis in omĩb9 complacere. ꝛ nunc
ꝛ ſemꝑ veſtre eccĩe negocia ꝑut vobis pla
cuerit terminare. Facto ergo prãdio abba
tiſſa cum ſolenni comitatu ad curiã regre/
ditur. ſed epo ꝑcipiente ad primam ianuã
famuli. ad ſecũdam milites. ad terciam pu
elle excludũtur: ipa penitus neſciente. Et
cum ꝑdicta abbatiſſa tanq3 columba ſim/
plex ꝛ ſeducta ſe ſolam cerneret. ingemuit
ꝛ ait. Heu heu domĩe deus quid eſt qd ac/
cidit mihi. Cumq3 hec ꝛ ſimilia diceret epſ
de lecto ampliſſimo velociter ſurrexit. ſpõ/
ſam xpi violẽter amplectitur. ꝛ libidinoſiſ
motib9 aggreditur ꝛ violenter eam viola/
uit. Cum autem eps poſt hanc execrabile3
luctam in thoro pauſaret ꝛ abbatiſſa incon
ſolabiliter fleret. ac ſemetipam vnguib9 la/
niaret. ecce ihesus ad pedes eius ſtetit: ip3
flammeis oculis ꝛ terribili vultu intuens
Et erat dominus ihesus toto corpore nuda
tus vſq3 ad lumbos. Et erat ei in dextro la
tere horribilis cultellus vſq3 ad manubri/
um infixus. Quo viſo epiſcopus pre timo
re ꝛ ſtupore nec oculos nec ſe de loco mo/
uere potuit. Cui dominus poſt mediam ho
ram dixit. O epiſcope cur dei filium tam
crudeli vulnere ſautiaſti. Cur templũ ſpi/
rituſſancti violaſti ꝛ cur ſponſam meã pol/
luiſti. Aut quare ſupꝑ dolorem vulnerꝫ me/
orũ addidiſti aut quomodo tãtum facinus
facere preſumpſiſti. His dictis dominus
ihesus infremuit ꝛ cultellum de latere excu
tiens ſanguine rubricatum ſupꝑ culcitram
ante epiſcopi faciem ꝑiecit. ꝛ tunc euanu/
it. Abbatiſſa vero ad domum rediens flẽs
ꝛ eiulãs nunq3 deinceps exiuit. Epiſcop9
autem poſt predictam xpi viſionem deſpe/
rauit. ꝛ ab inuocatõne dei ceſſauit. Verũ/
tamen baſilicam quãdam quam ipe ad ho
norem beate virginis Marie conſtruxit in
greſſus cultellum totaliter cruentatum ſu
per aram poſuit. Deinde ſe proſternẽs nec
oculos nec manus ad celum leuauit. ſ3 per
triginta dies pane ꝛ aqua contentus ma/
trem miſericordie cum ingenti deuotione
ſolummodo inuocabat. Et ecce die triceſi/
mo regina celi apparuit epiſcopo dicens.
Quomodo vales o homo. Et ille o domi
na tota ſpes mea ꝛ valitudo vos eſtis. Ad
quem virgo. triplicem inquiens excõmu/
nicatõem incidiſti. Primam quando dei
patris filium ſummum ſacerdotem xp̃tum
in te fuit vulneraſti. ſecũdam quãdo conſe
cratam virginem violaſti. terciam quando
deſperaſti. ſicq3 totam trinitatem ꝛ me ſi/
militer offendiſti. Sed modo ſurge et ſta
ac celum reſpice. ego eni3 ſum porta venie
ſicq3 dices p9 me. Jheſu benigniſſime mi
ſerere mei. Quod cum feciſſet beata ꝟgo
adiecit. Vade ꝛ amplius noli peccare. qa
dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Cultellus ta/
men ita cruentatus in iſta capella ſeruabi
tur vt ſciant ſucceſſores tui ꝛ omneſ chriſti
ani q3 graue peccatum ſit violare virgineſ
chriſti. His dictis virgo diſparuit ꝛ epi/
ſcopus deinceps ſanctiſſime vixit. Ecce q̃/
modo plagarum modus circa iſtu3 epiſco
pum meritis et interceſſione beate virginiſ
fuit minutus ſiue immutatus. Nam per
penitentiam triginta dierum penas euaſit
iempiternas

Vndecima ſtel.

¶ In q̃buſdã ſanctis mľieribꝫ teſta. vete.
p̄ſignata. Figurata em̃ fuit in virginitate
rebecce. de qua legiť Geñ. xxiiij. ꝙ erat pu
ella decora nimis virgoqꝫ pulcerrima ⁊ i-
cognita viro. Et marie diċ dauid. Cõcupi
uit rex decorẽ tuũ. i. virginitatẽ tuã. ¶ A
deo patre bñdicta. Vñ in figura marie di
xit axa patri ſuo caleph Ioſue. xv. ⁊ iudi-
cum. i. Da mihi bñdictionẽ pr̃ quia terraꝫ
arentẽ dediſti mihi. iunge obſecro ⁊ irrigu
am aq̃s ⁊c̃. ꝓpť h̃ etiã dictũ eſt marie. Aue
maria gr̃a plena ⁊c̃. bñdicta tu ⁊c̃ ¶ A dei
filio deſiderata q̃ dixerat Mich. vij. Pre
coquas ficus deſiderauit aĩa mea ⁊c̃. Pre
coque ficꝰ primitiua ꝟginitas. Ficus em̃
ꝓfert fructꝰ dulciſſimos et ſapidiſſimos. ⁊
folia eius candidũ lac emittũt. In cãdore
lactis cãdor virginitatis. in dulcore ⁊ ſapi
ditate fructꝰ dño dulce ⁊ ſapidũ in maria
votũ virginitatis. ¶ A ſpũſancto cordi ꝟ
gineo inſpirata. Ip̄a em̃ prima abſqꝫ om̃i
humano p̄cepto ꝯſilio ⁊ exẽplo diuinitꝰ in
ſpirata votũ emiſit virginitatꝫ. ſic̃ dicit be-
atus Berñ. ad h̃ vt dei filꝰ in ea paſcereť
a tota trinitate p̄parata. Vñ Cañ. ij. dicit
maria de filio. Dilectꝰ meꝰ mihi ⁊ ego illi
qui paſciť inter lilia. Nouerat ſiquidẽ ꝟgo
diuinitꝰ inſpirata filiuꝫ dei deſiderare lilia
virginitatꝫ in q̃bꝫ paſcereť. vñ vouit virgi
nitatẽ. q. d. Lilia deſiderabat. lilia ei exhi-
beo. i. duplicẽ virginitatẽ. carnis ⁊ ſpũs. et
ḡ lilia in plurali ⁊c̃ ¶ A tota trinitate ĩ ꝟ
gine cõfirmata. Vñ ip̄a diċ In ſyon firma
ta ſum. Syon interp̄tať ſpeculũ. qꝛ virgini
tas ſic̃ vitrũ. Sicut em̃ vitrũ abſqꝫ ſui diſ
ſipatione ſolarẽ radiũ recipit et emittit. ſic
marie virginitas illibata filiũ dei cõcepit
⁊ ꝑpit Vnde dixit angelo. Quomodo fi
et iſtud ⁊c̃.

¶ Tertia ſtella none corone b. virginis ẽ
ꝙ ip̄a habuit virtutes enoch.

ENoch cũ deo ambulauit ⁊ nomen dñi inuo-
cauit ⁊ tandẽ in ꝑadiſum trãſ
latus eſt. Beata virgo nõ ſolũ noĩs dei no
ticiam habuit ſed deꝰ ip̄e ſe totũ eidẽ viſi-
bilem ad cognoſcẽdũ ꝑiterqꝫ palpandũ p̄
buit. ꝑ quã nomẽ dei ĩ vniuerſum orbẽ eſt
mirabiliter diffuſum. q̃ abſqꝫ deo quẽ mẽte
⁊ ventre geſtabat: ambulare neq̃bat. in cu
ius vteꝝ velut in ꝑadiſum trãſtulit ſe ipſe

deus. Unde vterus beate virginis domuſ
dei ſiue ſapiētie dicit᷑. Prouerb.ix. Sapi
entia edificauit ſibi domū ⁊c̄. In domo q̄
eſt maria ſunt fundamēta ꝑ quadrū ſcꝫ per
quattuoꝛ cardinales ꝟtutes quas ſinglas
inuenim⁹ emicuiſſe in maria. Habuit ei ex
temꝑantia carnis pudiciciā. ſermonis mo
deſtiam. coꝛdis mūdiciā. Ex pꝛudētia ſilu
it turbata. intellexit audita. rn̄dit ſapienter
ad ꝓpoſita. Ex iuſticia reddidit omnibꝫ q̄d
debebat. Puris coꝛde geſſit moꝛē in ſua de
ſponſatōne. in filij circūciſione. in legali pu
rificatione. Afflictis exhibuit cōpaſſioneꝫ
Io.ij. Fili vinū nō habēt. Sanctis reddi/
dit cōmunionē. qꜫ erat cū mulieribꝫ ⁊ diſci
pulis in oꝛōe ꝑſeuerās. Ex foꝛtitudine ꝟ/
ginitatiſ ꝓpoſitū aſſumpſit: aſſumptū tenu
it. rei tā immēſe fidē exhibuit. fiat inq̄t mi
hi ſcḋm verbū tuū ¶ Muri ſilr̄ ꝑ quadrum
Unn̄ Ezech.xl. Uidi ⁊ ecce mur⁹ foꝛinſec⁹
in circūitu dom⁹ vndiqꝫ. Muri angelica
cuſtodia. vel muri patrocinia ⁊ bn̄ficia bea
ate virginis ad illos qui trāſgreſſi ſunt re/
gulā euangelice doctrine, ꝓ q̄bus ſe oppo/
nit tanq̄ꝫ murus ꝯtra irā dei qui ad h̄ ele/
git eam vt eſſet refugiū peccatoꝝ ⁊c̄ ¶ Pa
rietes virginitas ⁊ maternitas Eccī.xiiij
de ſeruo marie. Requieſcet iuxta domū il
lius ⁊ in pietibꝫ ei⁹ figēs palū. i. affectum.
¶ Quadratura timoꝛ ⁊ deſideriū. doloꝛ ⁊
gaudiū. De pꝛimo Lu.i. Ne timeas Ma
ria. De ſecūdo. Fiat mihi ⁊c̄. Doloꝛ i filij
paſſione. Un̄ Lu.ij. Tuā ipſi⁹ animaꝫ ⁊c̄.
Gaudiū de filij reſurrectōe ¶ Dimenſio/
nes ꝓfundū humilitas. longū fides vel ꝑ/
ſeuerās ſanctitas. latū charitas. altū ſpei ꝓ
ceritas vel exceſſus ꝯtemplatōis ¶ Tigna
et laquearia Can̄.ij. Tigna domoꝝ nr̄arū
cedrina. Hec tigna ſunt mēbꝛa coꝛꝑalia be
ate virginis ex quibꝫ cōnexa eſt domus ſa
pientie. q̄ velut cedrus fuerūt peccatis icō/
buſtibilia. Sequit᷑. Laquearia nr̄a cypꝛeſ/
ſina. Laquearia ſunt thalami oꝛnamēta. et
deſignāt interioꝛa bona ſpūalia que ad mo
dum cypꝛeſſi nulla vetuſtate pcti coınā ꝟ
tutū depoſuerūt. Tigna eni̇̄ ſunt ad foꝛtitu
dinem dom⁹, laquearia ad decoꝛē ⁊c̄. Te
ctum. patiētia contra aeris intemꝑiem.
¶ Multe māſiuncule et diuerſoꝛia. multi
plicia receptacula ad ſe cōfugiendū. Dicit
eni̇̄ cū filio Io.vi. Et eum q̄ venit ad me n̄
eijciā foras. Idcirco de ea dicit fili⁹ Ioh.
xiiij. In domo patris mei māſioneſ multe
ſunt. He ſunt māſiuncule quas de p̄cepto
patris fecit verus noe in archa que figura
bat mariā ¶ Pauimentū. de quo dicit᷑.ij.
Paral.iij. Strauit ſalomon pauimētum
templi p̄cioſiſſimo marmoꝛe decoꝛe multo.
Per h̄ pauimentū ſignat᷑ humilitaſ ꝟgīs
ſemꝑ ſe inclinās deoꝛſum inſtar pauimēti
que receptiua fuit toti⁹ ꝟtutis et oīs ſpūa
lis decoꝛis. In h̄ aūt ꝙ pauimentū factū ē
de marmoꝛe ſignat᷑ ſtabilitas humilitatis.
mētis virginee. ⁊ cōiunctio haꝝ duaꝝ vir
tutū p̄cioſiſſima ⁊ pulcerrima eſt coꝛā deo
et ideo p̄cioſiſſimo marmoꝛe decoꝛe mlt̄o.
¶ Sculpture hui⁹ pauimēti vl̄ picture ex
empla patriarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ. que omnia
in ſe trāſfoꝛmauit. Que fuerūt iuſticia noe
fides abꝛae. obediētia iſaac. lucta iacob. ca/
ſtitas ioſeph. māſuetudo moyſi. patientia
iob. humilitas dauid. ſapientia ſalomonis
zel⁹ helie. ⁊ hmōi. Qui oēs q̄ſi pauimētuꝫ
fuerunt reſpectu h⁹ excellētiſſimi edificij.
Un̄ de beata virgine dꝛ. Multe filie. id ē.
aīe deuote ꝯgregauerūt diuitias ſcꝫ ꝟtutū
tu ſuꝑgreſſa es ⁊c̄. ¶ Poꝛta. fides q̄ xp̄s
intrauit q̄ ſemꝑ clauſa fuit pꝛincipi. i. dia/
bolo q̄ dicit᷑ pꝛinceps mūdi Ioh.xiiij. De
hac poꝛta dicitur Ezech.xlvi. Erit poꝛta
clauſa ſex diebꝫ in q̄bꝫ opus fit. die aūt ſab
bati apꝑietur. qꜫ clauſa fuit ad humanā pec
cati cōſuetudinē. ſꝫ apta ē ad introducēdū
nos in eternā requiē

¶ Quarta ſtella none coꝛone b. virginis
eſt ꝙ ipā habuit virtutes noe

DE noe pꝛophe
tice dictū ē. iſte cōſolabit᷑ nos
ab oꝑibꝫ manuū nr̄aꝝ in terra
cui maledixit dn̄s. Beata virgo cōſolata
eſt totū gen⁹ humanū que genuit dominuꝫ
omniū cōſolatoꝛē. In maſſa carnis huma
ne ſubiecte maledictioni cōcupiſcētie ſola

virgo ꝓduxit fructum vitalis germīs. per
quē liberati ab errore idolatrie quo manu/
um noſtraꝝ opa colebamꝰ: celeſtē cōſolati
onē accepimꝰ. qui cōſolat̄ nos in oī tribu/
latione noſtra mira pietate ⁊ mīa. Hāc au
tem miſericordiā ⁊ cōſolationē ꝑ mariam
accepimꝰ. rōe cuiꝰ ipa fons mīſicordie ap
pellat̄. cuiꝰ fontis ille ſe fecit riuū de q̄ dic̄
ps. Deus meꝰ miſericordia mea. Et iterū
Miſericordia mea ⁊ refugiū meū ⁊c̄. ⁊ cu
ius vniuerſe vie miſericordia ⁊ vitas Nō
eñi vt dicit Aug. quedā miſericordia et q̄
daꝫ veritas. ſed vniuerſe vie miſericordia
⁊ veritas. Cū ergo maria miſericordiā ge
nuerit: q̄d aliud eſt eiꝰ vterꝰ q̄ȝ ipe miſeri/
cordiaꝝ theſaurus. Et iō dr̄ mater miſeri/
cordie. O pulcerrima xp̄i generatio. Pri
us eñi habuit patrē miſericordiaꝝ. deinde
matrē miſicordie. Quid ḡ aliud ex his na
ſci potuiſſet q̄ȝ miſericordia ¶ Item largi/
tas marie imitat̄ ⁊ aſſimilat largitateȝ filij
ſui qui dat ampliꝰ q̄ȝ petat̄. Vn̄ Lu. xxiij.
cū peteret latro vt hr̄et ſui memoriā. reſpō
dit ei ieſus. Amē dico tibi ho. me. eris. ī pa
radiſo. Similiter ⁊ rebecca q̄ interp̄tatur
multū accepit. in figura marie helyeſer pe/
tenti aquā ad bibendū ſibi. rn̄dit Geneſis
xxiiij. Bibe dn̄e mi q̄netiā ⁊ camelis tuis
potū tribuā ⁊c̄. ¶ Itē rōe miſericordie eiꝰ
dicit̄ ei Cañ. i. Oleū effuſum nomē tuum.
Nō nomē effuſum ſi q̄s voluerit recolli/
gere: palato ſuo ſaporē. vulneribꝰ ſuis me/
dicinā. lucē tenebris ſuis poterit inuenire.
Nunq̄d mr̄ miſericordie que plena eſt gr̄a
nomē ſuū totis p̄cordijs inuocantē poterit
deſpicere. Nūq̄d eā vero corde ſalutanteȝ.
poterit aut volet repellere. Cū ſit eñi mr̄ re/
gis regū. celoꝝ regina ⁊ dn̄a angloꝝ. ſi ali
quē voluerit ſaluare: nō erit ei q̄cq̄ȝ diffici
le. Reginaꝝ libertas ē vt ꝓ ſceleribꝰ ⁊ ma
leficijs quēcq̄ȝ iā diffinitiua ſn̄ia damnatū
etiā iā fune collo circūligatū. vel iā patibu/
lo appēſū. vel quēuis huiuſcemodi morte
plectendū. ſi incq̄ȝ regina ſupuenerit et ad/
huc vel ſpirātē vel iā vltimū ſpūm trahētē
īuenerit: poſſit liberare. Nō eſtimo reginā
celoꝝ in regno filij ſui minorē iuriſdictionē
hr̄e. vel minoribꝰ priuilegijs debere gaude
re. Si nō facit deꝰ q̄nde vel pūū q̄d non re
uelet ſeruis ſuis ꝓphetis. Amos. iij. q̄nto
minꝰ faciet grāde vel p̄uum. q̄d nō reuelet
mr̄i ſue. Geñ. xviij. Nū celare potero abra
am ⁊c̄. Ipa eñi nouit aīe languēti cibuȝ in
dulcedine p̄parare: nouit vulnera circūli/
gare. nouit leni manu. ſuaui attactu tumo/
rem p̄mere. venenū eijcere. ſpem ⁊ certitu/
dinē vite ⁊ longitudinē dieꝝ dare. Vn̄ di
cit. in me gr̄a oīs vite ⁊c̄. ¶ Itē a largita/
te marie recipiūt pctōres multiplex bn̄fici
um. Primum ꝙ vſq̄ȝ ad diē iudicij n̄ de/
ſinit ſuccurrere. Vn̄ dic̄. vſq̄ȝ ad futurū ſe
culū nō deſinā. Iō dicit Bern̄. In angu/
ſtijs. in ꝑiculis. in rebꝰ dubijs mariā cogi
ta: mariā inuoca. Secundū ꝙ nō ceſſat gr̄/
tiam ꝑditā reddere. Bern̄. Cupiētes īue
nire gr̄am q̄ramus eā ꝑ mariā ⁊c̄. Tertiū
ꝙ vſq̄ȝ tūc naues. i. fideliū mētes vel aīas
nō ceſſat ad portū ſalutis q̄ eſt ꝑadiſus di/
rigere. q̄ñ ipa eſt ſtella marꝫ. Quartuȝ ꝙ
ſeruis ſuis in morte dignat̄ occurrere Vn̄
Hiero. ſcribit ad q̄ndā v̄ginē. Qual' erit
illa dies cū maria mr̄ dn̄i choris occurret
tibi comitata v̄gineis ⁊c̄. Iō de v̄ginibuſ
dr̄. ꝙ exierūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. i. chriſto
⁊ marie. De his oībꝰ pulcra habes exēpla
in tertia ⁊ ſexta coronis. Itē de pietate ſeu
cōpaſſiōe marie dic̄ bern̄. ſup locū illū Io.
ij. deficiēte vino dic̄ mr̄ ieſu ad eū. vinū nō
hn̄t Cōpaſſa ē eñi verecūdie miſtroꝝ ſicut
miſericors ⁊ benigniſſima. Quid de fonte
pietatꝫ ꝓcederet niſi pietas. Nōne q̄ pomū
tenuit ī manu reliq̄ ꝑte diei pomi ſeruabit
odorē. Quātū ḡ viſcera illa v̄tꝰ pietatꝫ af
fecit in q̄bꝰ ipa pietas q̄ xp̄s ē nouē mēſibꝰ
q̄euit Nā ⁊ añ mentē repleuit q̄ȝ ventrē. ⁊
cū ꝓceſſit ex vtero ab aīa nō receſſit.

¶ Quinta ſtella none corone b. virginis ē
ꝙ ipa habuit virtutes abraā.

Abrae promiſit
a
deꝰ ꝙ ex eo egrederet̄ in q̄ om
nes gētes bn̄dicerent̄ Gal. iij
Beata v̄go ſemē illud ſanctiſſimū ꝓduxit

per q̄ð in eternā bñdictionē vniuerſus or/
bis deduceref. Vñ maria merito naui cō/
paratur. de qua ꝓuer. in fine dr. Facta eſt
quaſi nauis inſtitoris de longe portans pa
nem ſuū. Maria ſiquidē ꝑ panē vite quez
de celo ſuſcepit ⁊ in vtero portauit. habuit
quo ad ſe eſſe verꝫ ī vita pñti. ⁊ modo habꝫ
viuere ſempiternū. ⁊ nos habebim⁹ ꝑ eaꝫ
Vñ ipā ſe cōparat naui. Eccī. xxiiij. vbi di
cit. In fluctibꝰ maris ambulaui. Et viam
iſti⁹ nauis in mari hui⁹ mūdi dicit ſe ſalo
mon ignorare Prouerb. xxx. ¶ Cōmēda
tur autē nauis iſta principaliter a ſeptem.
¶ Primo ab artifice. Vñ dr. facta ē. ſup
ple a deo trinitate. Ei⁹ eñi artifex ⁊ ↄditor
deus. ad Heb. xi. Eccī. ix. In manu artifi
cis opa laudabunf. Ipe eñi fecit nos ⁊ nō
ipi nos. Ipa eñi eſt vas admirabile op⁹ ex
celſi. Eccī. xxxiij. De quo ſcꝫ ope dr in p̄s.
A dño factū eſt iſtud ſcꝫ op⁹ vel vas iſtud
et eſt mirabile in oculis nr̄is. Itē de h̄ ope
dr Eccī. xxxij. Glīa dñi plenū eſt op⁹ eiuſ
⁊c. ¶ Secūdo ab oīm virtutū cōpage. q̄
cū ſit ſpecialiſſimū op⁹ dei. cōpaginata eſt
oīm virtutū firmitate. Vñ ſequif. q̄ſi na/
uis. Ipa eñi velut archa noe ⁊ velut archa
teſtamēti ad p̄ceptuꝫ dei facta eſt de lignis
ſethim q̄ fortia ſunt ⁊ imputribilia. ꝓpter h̄
dicif Iſa. xl. Forte lignū ⁊ imputribile ele
git ſibi artifex ſapiēs. ſ. xp̄s ſapiētia patriſ
q̄ mariā edificauit ſibi domū ⁊ nauē ¶ Ter
tio a plenitudine oīm grāꝝ ⁊ oīm bonorum
operꝝ. Vñ ſequif. inſtitoris. qui videlicet
inſtitor oī inſtātia qua pōt nauē ſuā merci/
bus onerat p̄cioſis ¶ Quarto ab vtilitate
Vñ ſequif. de longe portās. i. de celo apꝑor
tans panē ſuū. q̄ nō fuit de terra ſed de celo
Io. vi. reſpirās ad vitā celeſtē nō terrenā
Hoc ipletū eſt ad lr̄am qñ xp̄s q̄ viuus pa
nis eſt in ei⁹ vtero q̄ſi nauigio v̄ginali ð na
zareth venit ī bethleē domuꝫ panis. q̄ſi per
tres dietas. Facta eſt igif quaſi nauis ⁊c.
¶ Quīto a materia. Pōt ei dici q̄ facta ē
de lignis ſethim ſicut archa noe ⁊ archa te
ſtamēti. Vl' mēbra virgīs tā aīe ei⁹ q̄ꝫ cor/
poris pñt dici materia h⁹ nauis q̄ deſicca/
ta fuerūt ab oī humore nociuo calore ſpūſ
ſancti q̄ ad corp⁹. dolata etiā prudētia ſum/
mi artificis ⁊ q̄ſi cōplanata. vt eſſent ſine
pōdere pcti mortalis. q̄ ligna ſethim leuia
ſunt ⁊ ſine ſcrupulo venial'. ꝓpter h̄ dictū ē
noe Geñ. vi. Fac tibi archā de lignis leui
gatis. ¶ Sexto a fine finis q̄ ſm phm̄ pri
m⁹ in rōe ad mētē ꝑtinet architecti. vt ſcꝫ
ꝑ hāc nauē angloꝝ panis deferreref ad ho
mīes. vt ipm guſtādo fierēt angl'i. q̄ ꝑ ma
riā panē angloꝝ mādu͏cauit hō. ⁊ ꝑ ipam
celi cibaria miſit hoibꝰ ī abūdātia de⁹ pater
Cōgrue igif cōpaf naui q̄ ſuos amatores
deducit ī portū volūtatꝫ coꝝ Septīo a for
ma q̄ ↄſiſtit ī mltis. In naui naſali ſūt q̄ſi
q̄ttuor ꝑtes pricipales q̄ notāf his v̄ſibuſ
Prora prior nauis ps ē. ps vltima puppiſ
Dic lat⁹ eē ratē. ventrē dic eē carinam. Et
pñt hē q̄ttuor ꝑteſ adaptari q̄ttuor v̄tutibꝰ
cardinalibꝰ q̄s ꝑfectiſſime hūit ī ſe maria.
Prora pria ps nauis. ⁊ dr a ꝓruendo. q̄
ſꝑ ꝓruit. ⁊ ī anteriora ſe extēdit: deſ:gt pru
dentiā q̄ p̄cauet a ꝑicul'. q̄ futura ītuef ⁊ re
rū exit⁹ metif. vñ et ꝓuidētia ſp̄s ē h⁹ v̄
tutis q̄ cauef naui ne ī loca aſpa icidat ⁊c.
¶ Ratis dr q̄ſi fortꝫ. q̄ ratū idē ē q̄d firmū
Hec ſunt latera nauis q̄ fortia debēt eē. ne
ꝓcellaꝝ ictibꝰ diſſoluāf. Iō ꝑ ratē ſignaf
fortitudo. q̄ maxīe tūc apparuit ī ea qñ ſola
filio aſtitit patiēti cū fugerēt vniuerſi. pro
uerb. vlti. Accinxit for. lum. ſuos. Ibideꝫ
Fortitudo ⁊ decor indumētū ei⁹ ¶ Carina
q̄ eſt venter nauis ſignat ſobrietatē ⁊ tꝑan/
tiā. Et dr carina q̄ſi carima. i. carēs rima.
vl' q̄ſi currina. Illa eī ps ſꝑ currit ī aq̄. vñ
neceſſe ē q̄ maxīe integra ſit ⁊ rima careat
ne intrantibꝰ aq̄s nauis ſubmergaf. Per
hāc eī v̄tutē glo'ſa virgo caruit oī rima. q̄a
nūq̄ꝫ in ipam īgredi potuit vl' vnica gutta
carnal' illecebre vl' mūdane voluptatis.
¶ Puppis vltia ps ē nauis. ⁊ dr a pus q̄d
eſt cuſtodia. Et ꝑ hāc ꝑtē iuſticia deſignaf
q̄ ab hac ꝑte nauis ſoliciti⁹ cuſtodif ſicut
iuſticia cuſtodia ē reipublice. ibi etiā fit iu
ſticia de forefactꝫ q̄ fiūt ī naui. q̄ ibi ſedꝫ iu
dex nauis. Et etiā naucler⁹ ī alto ibideꝫ ſe/
dens explorat ventos ⁊ tēpeſtateſ. ⁊ ibi eſt
regimē toti⁹ nauis q̄ð fit ꝑ iuſticiā

¶ Sexta ſtella none corone b. ꝟginis eſt
ꝙ ipa habuit virtutes Iſaac

ISaac ſua orōe
īpetrauit ↄceptū rebecce. q̄ cōce
pit gemios. ⁊ ex illis duo ꝑpli
orti ſunt quoꝝ maior fuiret mīori. Beata
ꝟgo ſua hūilitate ↄcepit xp̄z gemīe ſube .ſ.
diuīe ⁊ hūane nature. Qui duos ꝑpl'os .ſ.
iudaicū ⁊ gētilē in vnā fidē collegit. ſꝫ iu/
daicꝰ ꝑpl's ſua ꝑfidia reꝓbatꝰ: fuit genti/
li ꝑpl'o tā q̄ȝ maior mīori ¶ Vn̄ notādūz ꝙ
q̄nto beata ꝟgo maria ſe ī omībꝫ hūiliauit.
tāto a deo m'ltipliciter ē exaltata ⁊ honora/
ta. q2 ab eterno p̄deſtinata ⁊ electa Vn̄ dr
ꝓuer. viij. Ab eterno ordinata ſū ⁊ ex anti/
q's. Jō de ipa canit' Elegit eā deꝰ ⁊ p̄elegit
eā ¶ Q2 a p̄triarchis ⁊ regibꝫ generata. vn̄
canit'. Natiuitas gl'iofe ꝟgīs marie ex ſe/
mīe abrae orta de tribu iuda clara ex ſtirpe
dauid. ¶ Q2 a ꝑditōis maſſa ſeꝑata ⁊ in
vtero ſc̄tificata. Vn̄ Can̄. ij. dr de ea. Sic
liliū īter ſpi. ⁊c̄. Itē p̄s. Sāctificauit taber
naculū ſuū altiſſimꝰ ¶ Q2 filia gr̄e orta. vn̄
Nūe. xxiiij. Orie' ſtella ex iacob ⁊c̄. ꝓpter
h̄ fuit filia anne. q̄ interp̄tat' gr̄a ¶ Q2 oī
cariſmate cumulata. vn̄ dicta ē gr̄a plena.
¶ Q2 ī tēplū p̄ntata ad qđ tota alacritate ꝑ
xv. g̃dus aſcēdit ¶ Q2 ad vouēdā p2ia vir
ginitatē a ſpūſctō inſpirata ¶ Q2 ab vno đ
ſūmiſ archangel' officioſiſſime ſalutata. vn̄
Aue gr̄a ple. ¶ Q2 ī mr̄em dei electa. Vn̄
Iſa. lxij. Terra tua ībabitabit'. i. caro tua
fecundabit'. q2 cōplacuit dn̄o ī te. ¶ Quia
oꝑe ſpūſſcti dei filio imp̄gnata. Vn̄ Luc̄. i.
Spūſſctūs ſuꝑue. ī te ⁊c̄. ideo qđ ex te na/
ſcet' ſan. vo. fi. di. Q2 ſalua ꝟginitate mr̄ ef
fecta ¶ Q2 virtute fidei oīe bonū aſſecuta
Vn̄ dictū ē ei Lu. i. Beata q̄ credidiſti. q̄/
niā ꝑfi. ⁊c̄. Beatꝰ mathe ꝰ ī legēda ſua In
ↄceptu filij dei fides marie vxor extitit ſpi
ritusſancti ¶ Q2 nullo portādi filiū pōdere
p̄grauata. beatꝰ Bern̄. ¶ Q2 iugū dn̄i leue
g̃uidari potuit maria n̄ g̃uari. ¶ Q2 filium
ꝑiendo nullo dolore cruciata. Vn̄ canit ec
cleſia. Neſciēs mr̄ virgo viꝝ peꝑit ſine do
lo. ſalua. Bern̄. Quid miꝝ ſi dolorē nō in/
tulit mr̄i. q̄ tollere veniebat dolores totius
mūdi ¶ Quia a filio dei ⁊ ſuo in p̄latā con
ſtituta. Vn̄ Luc̄. ij. Et erat ſubditus illis.
ſcꝫ marie ⁊ ioſeph ꝓpter mariā ¶ Quia ad
nutū ipiꝰ ⁊ inſinuationē aqua in nuptijs ī
vinū a filio cōmutata Io. ij. ¶ Quia a fi/
lio ad patrē de hoc mūdo trāſeunte virgini
diſcipulo cōmēdata ¶ Quia loco ſūmi ma
giſtri ad docēdos apl'os ſubſtituta. ¶ Q2
in morte tꝑali mortis nexibꝫ non depreſſa.
qui ſunt putrefactio. vermes. ⁊ incineratio
Propter hoc cōꝑatur cedro que eſt īpu/
tribilis. et cuiꝰ ſuccus vermes cōſumit. et
que eſt incōbuſtibilis quia ꝑ ignē fiunt ci/
neres ¶ Quia ante generalē reſurrectōēꝫ
gloria corporis et ſtola duplici decorata.
¶ Quia aſcendit in celū dilecto ſuo innixa
ſicut dicitur Can̄. viij. ¶ Quia ſuper vni
uerſos ordines angeloꝝ ad dexterā filij in
throno glorie collocata. ¶ Quia ſuꝑ om/
nem creaturā poteſtate plenaria ab omni/
potente filio in ſua coronatōe dotata et in/
ſignita. ¶ Bene ergo vt ex predictis pa/
tet maria dominū ſolam humilitatē in ſe re
ſꝑiſſe teſtat'. quia diuinitatis propiciatō
nem quā humana natura in primis paren
tibus per ſuperbiā perdidit. in maria ꝑ hu/
militatē recuperauit. Nā quia in ea verbū
patris carnis ſubſtantiā quā ſibi vnitꝫ aſ/
ſumpſit. quaſi ad eā quam prius abiecerat
naturā ſublimandā ꝑ miſericordiā reſpexit
¶ Reſpexit igit' deus humilitatēꝫ marie.
cui per humilitatis meritū dedit vt filium
ſuum in carne conciperet. et de ſua carne ve/
rum deū ⁊ hominē omniū hominū quantū
in ipſo eſt ſaluatorē generaret. Cuius hu/
militatis virtutē mox determinans ſubiū
git. Ancille ſue Nam quia humiliter ſe qđ
erat ancillam cognouit. ideo quod non erat
ſublimiter eſſe mater ꝓmeruit. Exinani/
uit enim ſe exemplo filij ſui formā ancille
accipiēs. ꝓpter qđ ⁊ deus exaltauit eam. ⁊
donauit illi nomē qđ eſt ſuꝑ omne nomen
poſt nomen filij ſui vt in noīe ipiꝰ oīe ge/
nu flectatur celeſtium terreſtrium ⁊ infer/
norum. quia ad nomen ipſiꝰ demones cō/
tremiſcunt

Septima ſtella none corone b. ꝟginis
eſt ꝙ in ſe habuit ꝟtutes iacob

IAcob vidit ſca
lam cuiꝰ cacumē celū tāgebat.
⁊ dn̄m innixū ſcale ⁊ anglo̾s de
ſcendētes ⁊ aſcēdentes ꝑ eā. Gen̄. xxviij.
Beata ꝟgo recte dr̄ ſcala triū ḡduū. ſ. hūi-
litatis ꝟginitatis ⁊ charitatꝫ. cui dn̄s ē in-
nixus ꝑ incarnatōꝫ Lu. i. Dn̄s tecū. ꝑ quā
tanq̄ ꝑ mediū deſcēdūt angli ⁊ aſcendunt
hoīes p̄deſtinati. Nota ꝙ dignitas Ma
rie q̄ ſignaꝛ ꝑ hāc ſcalā nō oн̄diꝛ niſi i ſom
nis. q2 oportet aīam ſopitā eē a curis ſecla-
ribꝫ ⁊ occupatōibꝫ exterioribꝫ q̄ videre ap
petit. i. intelligere dignitatē ⁊ altitudinem
eiꝰ. Vn̄ nūeri. xij. Si fuerit iter vos ꝓpha
in viſiōe apparebo ei. vt ſcꝫ ſenſus exterio
res ab illicitꝫ ſopianꝛ. Nec oн̄diꝛ eiꝰ excel
lentia niſi luctātibꝫ ꝯ vicia ⁊ pctā q̄ deſigñ
tur ꝑ iacob. Maria ſcala. cuiꝰ latera ſibi
appoſita ꝟginitas ⁊ maternitas q̄ nō face
rēt ſcalā niſi ꝯiūgerenꝛ. Scallones ḡdꝰ tē
pli ſalomōis. vl̓ illi q̄ notāꝛ ibi. miſſus ē ga
briel. Pes hꝰ ſcale pauꝑtas q̄ ꝯtēpſit oīa
carnalia ⁊ mūdana. Vn̄ deſcribiꝛ Apoc̄. xij
lunā hn̄s ſub pedibꝫ. Cacumē hūilitas q̄ at
tigit vſq̄ ad celū. ñ ſolū aeriū vl̓ ſideriū. ſꝫ
empireū. ſ. vſq̄ ad ſedētēꝫ in throno dn̄m
maieſtatꝫ. Vl̓ pes hꝰ ſcale ꝟginitas carniſ
q̄ inferiꝰ eſt. cacumē hūilitas mētis. Parſ
etiā hꝰ ſcale ſuꝑior ꝯtēplatio marie in deū.
ꝑs inferior cōpaſſio ⁊ pietas eiꝰ ad hoīem
Ipa eīm tāq̄ q̄dā aqueductꝰ ſeu canal̓ hau
rit ſuꝑiꝰ ꝑ ordīem aquā viuā de fonte viuo
q̄ apud deū. quā refundit inferiꝰ ꝑ pietatē
pctōribꝫ. Itē mediāte ſcala ab alto deſcē
diꝛ ad imū. ⁊ ab imo ꝯſcēdiꝛ ad ſummū. et
ipa mediāte deſcēdit filiꝰ dei ad nos illectꝰ
hūilitate ipiꝰ. Vn̄ dic̄ Aug. Facta eſt certe
hūilitas marie ſcala celeſtis ꝑ quā deꝰ de-
ſcēdit ad terras. Per ipam nihilominus
cōſcēdimꝰ ī celū. q̄ ꝑ euā cecidimꝰ ī miſeriā
hꝰ mūdi. Diciꝛ ḡ hec ſcala ſtare ſuꝑ terraꝫ
⁊ cacumē eiꝰ tāgere celū. q2 mediāte Ma
ria terrena celeſtibꝫ vniūꝛ. ſic̄ ſcala illa q̄d
ammō celū terre ꝯiūgere videbaꝛ. Seq̄
tur. Anglo̾s q̄ꝫ aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ꝑ
ſcalā. i. ꝓpter ſcalā. Angli ſiq̄dē deſcēdebāt
ad ipam viſitādā. Vn̄ miſſus ē ad eā Ga
briel. ⁊ aſcēdebāt ſctā eiꝰ deſideria. ſanctaſ
orōes ⁊ pias lacrimas dn̄o nūciātes qđ eſt
officiū anglo̾ꝝ. Et hͦ eſt quod ipa efflagita
bat ab angel̓ Can̄. v. d. Filie hierl̓m annū
ciate dilecto q2 amore lāgueo. Per hanc
ſcalā. i. ꝑ p̄ces marie merita et exēpla viri
iuſti q̄ anglo̾s imitāꝛ. aſcēdūt ꝯtēplādo. de
ſcendūt ſtrenue oꝑando. Et q̄ imitāꝛ eā in
p̄ñti. in morte īcurrūt ī amplexꝰ dn̄i q̄ vide
baꝛ innixꝰ ſcale. q̄ſi tenēs eis ſcalā ꝑ grām
ne a ſuitio vl̓ dilectōe marie tēptatōe aliq̄
vel īpulſu corruerent. Et hͦ ē qđ ſequiꝛ. Et
dn̄m innixū ſcale vt ſcꝫ q̄ finaliter aſcēderꝫ
ꝑ ſcalā. i morte īcurreret ī amplexū dn̄icuꝫ.
Itē in hͦ ꝙ dn̄s ſcale īnitebaꝛ p̄ñt nota-
ri pl̓a. Primū ꝙ ſic̄ ipa in annūciatōne in
nixa fuit ſuꝑ dilectū ſuū ꝑ fidē. q2 credere
nō eſt niſi firmiter inniti ꝟitati. Vn̄ Can̄.
viij. dr̄. Innixa ſuꝑ dilectū ſuū. ſic ⁊ ipe in
incarnatōe inixꝰ ē ei. Vn̄ ꝓuer. xxxi. Cōfi-
dit ī ea cor viri. Secūdū ꝙ dn̄s ꝯtinet in
bono amatores mr̄is ſue. Itē notandū ꝙ
q̄ vult aſcēdere ꝑ ſcalā appēdit ſe ei māibꝫ
pedibꝫ ⁊ genibꝫ. Pedibꝫ. i. affectibꝫ vt ip-
ſam diligat. ita ꝙ ex redūdātia illiꝰ dilectō
nis reſonet ī ore eiꝰ grāꝝactio ⁊ vox laudis
Manibꝫ vt q̄ diu viuit: ad honorē ipiꝰ ꝟ-
ginis oī inſtātia oꝑeꝛ q̄dq̄d btē ꝟgini cre-
diderit cōplacere. Genibꝫ. vt añ ipiꝰ ima
gines ſiue altaria. ⁊ cū recitaꝛ nomē eiꝰ hūi
liter ea flectat. ⁊ hūile obſequiū ac ſuitiū ei
ſꝑ impēdat. Sic̄ ei q̄ ñ honorificat filiū. nō
honorificat p̄rēꝫ q̄ miſit illū. ſic ecōtra ñ ho
norificat filiū q̄ ñ honorificat mr̄ēꝫ q̄ genuit
illū. Hiero. Nimirꝝ honor mr̄nꝰ eiꝰ ē q̄ na
tus ē ex ea. Idē. Nullꝰ honor mr̄is aliꝰ eſt
niſi cū ille iure honoraꝛ q̄ naſci digtꝰ ē ex ea
Dicat q̄ meliꝰ ſentit. ī nullo q̄ppe mihi vi-
deꝛ maior deꝰ q̄ ꝙ ſe hūiliauit factꝰ hō. nec
vnq̄ laudabilior q̄ ꝙ factꝰ ē clemētior. q̄
oīpotētiā ſuā marie ꝑcēdo ⁊ miſerādo ma
nifeſtat. ꝓpter hͦ dr̄ de maria. i. Co. v. Mu
lier glr̄ia eſt viri. Et ꝓuer. xij. Mulier dili-
gens corona eſt viro ſuo.

Octaua ſtella None Corone

¶ Octaua ſtella none corone beate ꝟginis
marie eſt ꝙ in ſe habuit ꝟtutes ioſeph

IOſeph pro ſalu
te fratꝝ ſuoꝝ deſcēdit ī egyptuꝫ
vt tp̄e famis ſua ꝓuidētia frumē
ti copiā diſtribuerꝫ. Beata ꝟgo ī mundo
orta eſt vt ſalutē generi hūano afferrꝫ. p̄s.
Operatꝰ eſt ſalutē in me. ter. ⁊c. vt tempore
famis grē corpus xp̄i deuota coīone velut
frumētū toti mūdo ſaturitatē ꝯferret ⁊ mi
niſtraret. Et q̄ꝛ beata ꝟgo corpꝰ xp̄i. ix. mē
ſibꝫ in ſuo virgīali vtero portauit. iō meri-
to cōpaꝛ̄ vaſi. de q̄ Ecci. xliiij. dꝛ. Vas ad
mirabile opꝰ excelſi. Et de q̄ dic̄ verꝰ heliſe
us. iiij. Regū. ij. Afferte mihi vas nouū ⁊
mittite ī illud ſal. Dicitꝛ̄ ḡ maria vas admi
rabile ⁊ vas nouū q̄ꝛ nūq̄ꝫ tale inuētuꝫ eſt
In q̄ ſcꝫ reꝑiunꝛ̄ mlt̄a mirabilia ⁊ mlt̄e no
uitates ¶ Maria vas admirabile ꝓp̄ cō-
tinentiā. Cōtinebat eīm ſuū ꝯtinēs. Nullū
eīm aliud vas potuit maiꝰ ſe ꝯtinere. ſꝫ ma
ria illū cōtinuit quē totꝰ nō capit orbis. et
a q̄ ip̄a ꝯtinebaꝛ̄. ꝓpter ꝯtinēdi modū. q̄ꝛ cū
deꝰ ſit in oī creatura ꝑ eſſentiā: in ſolꝰ iuſtis
ꝑ grām. His duobꝫ modis ī ea fuit. et no-
uo ⁊ admirabili mō ꝑ vnionē. Itē ꝓpter
ꝯtrarioꝝ ꝯcordē ꝯtraritatē. ſ. mortalitatꝭ
⁊ imortalitatis. virginitatꝭ ⁊ fecūditatis. ⁊
q̄ mirꝝ fuit rōis ⁊ fidei q̄ multū ſunt ꝯtra
rie. Vn̄ maria potuit dicere pꝰ ꝑtū. Suꝫ
q̄ erā. ſ. virgo. nec erā q̄ ſum. ſ. mr̄. mo-
do dicor vtrūq̄ꝫ. ſ. mr̄ ⁊ ꝟgo ꝓpter confor
mitatē. Cōtentū eīm in vaſe accipit formā
vaſis: nō ecōuerſo. ſic̄ videre ē in aq̄ vel la
cte cōgelatis ī vaſe. vel ī cāpana q̄ formam
accipit moduli. Ecōtrario mō fuit hic. q̄a
cōtinēs mutatū fuit ſm̄ exigētiā contenti
aſſimilata ē eīm hūana natꝛ̄a deitati ¶ Pro
pter operoſitatē q̄ ſuꝑabat materiā. Fuerūt
eīm in h̄ vaſe oēs varietates ꝟtutū ⁊ do-
noꝝ. oēs ſculpture ſctōꝝ deſiderioꝝ. oīs
picture ſanctaꝝ cogitationū. Iō dꝛ vas ad
mirabile opꝰ excelſi. ꝓpter oīmodā ſufficiē
tiā. q̄ꝛ q̄ plus ex eo hauriꝛ̄ eo plꝰ in eo īueni
tur. Vn̄ dꝛ marie Cañ. vij. Vmbelicꝰ tuꝰ
crater tornatilꝭ: nūq̄ꝫ indigēs pocuꝭ. Reci-
p̄iēdi ⁊ emittēdi modū ineffabilē ⁊ ſinglꝛ̄a
rē. q̄ꝛ ꝯ̄ morē alioꝝ vaſoꝝ nec fractū nec ap-
tū eſt in recipiēdo vꝭ emittēdo. Recepit eī
cū integritate vt oculꝰ ⁊ vitꝝ ſolē. ut ſtella
radiū ⁊ flos odorē ꝓpter p̄ciū ⁊ vtilitatē q̄
inenarrabilia ſūt. puer. ī ſi. Procul et de
vltimis fi. p̄. ⁊c. Dicitꝛ̄ ḡ maria vas admi-
rabile opꝰ excelſi. Opꝰ illiꝰ artificꝭ q̄ opa-
tus ē aurorā ⁊ ſolē. Vn̄ ecci. ix. In manu
artificꝭ opa laudabūꝛ̄. Itē ecci. xlij. dꝛ de
h̄ ope. Glīa dn̄i plenū eſt opꝰ eiꝰ. Opꝰ ex
cogitatū an̄ ſecl̄a: ꝯſūmatū ī fine ſeculorū.
¶ Itē ip̄a ē vas auri ſolidū ornatū oī lapi
de p̄cioſo. Ecci. l. Lapides p̄cioſi qui vas
iſtud ornauerūt ſunt ꝟtutes q̄bꝫ maria deco
rata eſt. ⁊ ibidē deſcribūꝛ̄ ſub appellatōibꝫ
reꝝ diuerſaꝝ. Lapis primꝰ hūilitas. Vn̄
q̄ſi ſtella matutina q̄ ꝑua appet cū ſit mag̃
in medio nebule. i. in hac vita caliginoſa.
Secundꝰ cōpaſſio peccatorꝭ. Vn̄. q̄ſi luna
plena roꝛe grē ⁊ miſicordie. Luna eſt rori
flua: eſt ⁊ ꝓxima terre. i. pctōribꝫ terrenis:
pietate ⁊ cōpaſſiōe. In diebꝫ ſuis lucet ad
illumīandā noctē in q̄ ſūt pctōres. q̄bꝫ dꝛ.
Eratꝭ aliq̄n tenebre. i. tenebroſi. nūc āt lux
. i. illumīati ꝑ grāꝫ marie Tertiꝰ verecūdia
ꝟginalꝭ. Vn̄. ⁊ q̄ſi ſol q̄ rubens ē. Vel ī fer
uore ſolꝭ charitaſ marie. ī rubore colorꝰ faciei
virginei ad lr̄aꝫ: refulgēs corā dn̄o q̄ deco
rē eiꝰ ꝯcupiuit. Vꝭ refulgēs hoībꝫ exēplis
ꝟtutū ſuaꝝ. Quartꝰ obediētia. Vn̄ q̄ſi arcꝰ
refulgēs. Arcꝰ plicabilꝭ ē inter nebulas glē
Quintꝰ odor ſctē opīonis eiꝰ ⁊ fame. vn̄
q̄ſi flos roſaꝝ ī diebꝫ verni. Flos enīꝫ roſe
aromaticꝰ ē ⁊ capiti ꝯfortatiuꝰ. De q̄ hēs
ſup̄ ī octaua ſtel. octaue co. Sextus duplex
virgitas. carnis ⁊ ſpūs. Vn̄. q̄ſi lilia ī trāſi
tu aq̄. i. carnaliū ⁊ mūdialiū voluptatū q̄ ci
to trāſeūt velut aqua decurrēs. Septimuſ
orō aromatica. vn̄. q̄ſi thꝰ redolēs ī diebuſ
eſtatꝭ. i. ī feruore charitatꝭ. Octauꝰ chari-
tas q̄ in ſe ardebat ⁊ ꝓxios illuſtrabat. vn̄
q̄ſi ignis effulgēs. Ip̄a ei erat rubꝫ ardēs
charitate: manēs icōbuſtꝰ ab oī carnea vo
luptate. Nonꝰ orō ꝓ his q̄ cōburūꝛ̄ in ca-
mīo purgatorij. Vn̄. ⁊ thꝰ ardens in igne.
Decimꝰ pietas ⁊ miſericordia indeficiēs

⁊ ſp creſcēs. Vñ. q̄ſi oliua pullulās. et q̄ſi oliua ſpecioſa in cāpis. Undecim⁹ medicinalitas. recta intētio. cōtēplatio celeſtium Vñ. et cyp̄ſſus in altitudinē ſe extollēs

¶ Nona ſtella none corone b. v̄ginis ē ꝙ in ſe habuit v̄tutes moyſi

M Oyſes factus m magn⁹ in terra egipti liberauit ꝑplm iſrael de manu pharaonis ꝑ ſāguinē agni. Beata v̄go verū agnū ⁊ immaculatum genuit ex ſuo puriſſimo ſanguine quē xp̄s in p̄ciū redemptōniſ humani generꝫ in cruce deo pr̄i ꝑſoluit. Vñ glia beate v̄ginis marie nō ſolū in hoc extitit ꝙ ip̄a eundē immaculatū agnū genuit ſꝫ ꝙ de ip̄a ab initio ſeculi mlta nō ſolū dicta ſunt ſꝫ etiā figurata ſunt glioſa. Ip̄a eſt illa ciuitas de q̄ dic̄ p̄s. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Nec ſolū dicta ſūt. ſꝫ ⁊ dicunt̄ q̄tidie ⁊ dicent̄ in eternū. Vñ beatā eā dicūt oēs generatōes ¶ Glia marie ſacerdotal' ⁊ regia generoſitas. Vñ. omis glia filie regis. i. marie filie dauid ab int⁹. ꝓpter h̄ etiā appellata ē v̄ga yeſſe. a q̄ īmediate ortū habuit trib⁹ regia ¶ In ſanctificatōe collata ei ſanctitas. Vñ Ezech. iij. Bñdicta glia dñi. i. maria de loco ſuo. i. de matris vtero. Vñ poterat dicere illud iob xxxi. Ab infantia creuit mecū ſctitas ⁊ de vtero mr̄is mee egreſſa eſt mecū. ¶ Nota creuit. q2 marie ſanctitas ſp augmētabat̄: ſꝫ ineffabiliter ī ꝯceptu ſaluatoris ¶ Omnimoda g̃tioſitas. Vñ ꝓuer. ij. Mulier g̃tioſa iuenit gliam. oīmode bonitatꝫ ⁊ v̄tuoſitatis ¶ Cōſciētie plena trāq̄llitas quam pctūm nō remordebat. de q̄ apl's. ij. Co. i. Glia nr̄a hec eſt teſti. ꝯſci. no. Et Iob. xxxix. Glia mea ſp īnouabit̄ ¶ Spūal' et v̄a pauꝑtas. de q̄ dñs dic̄ Iſa. xl. Gliaꝫ meā alteri nō dabo. Glia dñi p̄elegiſſe pauꝑtatē. Et hāc gliam excellētiſſime dedit filiuſ ⁊ inſpirauit mr̄i ſue. Et ſic exponēdū. alteri ſcꝫ q̄ꝫ marie. Singulariſſima humilitaſ quā de⁹ reſpexit ⁊ adamauit. ⁊ merito cui⁹ ip̄am oī v̄tute ⁊ grā adimpleuit. Eccī. xliij. Sp̄es celi glia ſtellaꝝ. Celū maria. cuius ſp̄es hūilitas. quā ſpeciē dñs ꝯcupiuit iuxta v̄bū p̄s. Glia ſtellaꝝ. ornat⁹ ceterarū v̄tutū q̄ꝝ hūilitas theca erat ⁊ repoſitorium.

¶ Primatiua ⁊ fecūda v̄ginitas. Ip̄a eī familiari ſpūſſcti ꝯſilio prima vouit v̄ginitatē. ⁊ merito voti h⁹ dedit ei de⁹ ſinglarē fecūditatē. Vñ Iſa. xxxv. Glia libani data eſt ei. Liban⁹ cādor q̄ ſignificat̄ virginitas. ¶ Saluo flore v̄ginitatꝫ ſingularꝫ fecunditas. Vñ dictū eſt ei Lu. i. Qđ naſcetur ex te ſan. ⁊c̄. De glia iſta dr̄ Oſee. ix. Gloria eoꝝ a ꝑtu ⁊ ab vtero ⁊ a cōſpectu. Expone ordine p̄poſtero ⁊ q̄re expoſitiōeꝫ

¶ Excellētiſſima maternitas. q2 fctā ē mater dei. Bern. Hec ē v̄ginis nr̄e ſinglariſ glia ⁊ excellens p̄rogatiua marie ꝙ filium vnū eūdēq3 cū deo pr̄e meruit hr̄e cōem ⁊c̄

¶ Per ꝑtū ip̄i⁹ hūani generꝫ redēpta captiuitas. Et h̄ ē vnū ⁊ p̄cipuū de illis glioſis q̄ dicūt̄ de ciuitate dei. i. btā maria ⁊c̄.

¶ Sūme honorificētie ſinglaritas. cuꝫ in morte tꝑali mortꝫ nexib⁹ ñ eſt dep̄ſſa. q̄ ſūt putrefactio v̄mis ⁊ īcineratō. ſꝫ ī aīa ⁊ corpore vt p̄e credit̄ a filio aſſūpta eſt in celū. Vñ ⁊ ip̄a dic̄ cū filio. Tenuiſti manū dex. meā ⁊c̄. Iō dr̄ Cañ. viij. ꝙ aſcē. de deſ. deli. afflu. īnix. ſuꝑ dilec ¶ Glorificati corꝑis cū ſuis dotib⁹ añ diē iudicij ei collata felicitaſ. in cui⁹ figura dictū ē heſter Tertia die circūdata ē glia ſua ⁊c̄. Vñ milet⁹ ſardenſ ep̄s dic̄ ſe audiſſe beatū iohēꝫ p̄dicātē tertia die xp̄m ſuſcitaſſe matrē ſuā ⁊c̄ ¶ Suꝑ naturā anglicā exaltata ī ea ſic̄ in filio nr̄a hūanitas. Vñ ezech. x. Eleuata ē glia dñi deſuꝑ cherubin Iudith ī fi. dr̄ d̄ ip̄a iudith in figura marie. Erat iudith dieb⁹ feſtꝫ ꝓcedēs cū glia mag̃. Dies feſti. dies eterne claritatꝫ. De q̄b⁹ dr̄ ꝓuer. iij. Lōgitudo dierū ī dex. ei⁹. Et ī p̄s. Melior ē dies vna ī atrijs tu. ⁊c̄. ¶ Suꝑ totā celeſtē curiā collata ei plenaria ptās. Vñ dic̄. In hierl'm ſcꝫ ſuꝑceleſti ptās mea. īꝑandi videlꝫ v̄tutib⁹ āglicꝫ ⁊ aīab⁹ ſcīs ad bñplacitū meū ⁊ ītroducēdi ī illud regnū q̄ſcūq3 voluero. Vñ p̄t dicere cū filio. Data ē mi. oīs ptās Math. in fine

¶ Decima ſtella none corone b. virginis

eſt ꝙ in ſe habuit ꝟtutes ſamſonis.

SAmſon ſanctifi
catus ī vtero tāto ardore muli
eres dilerit vt etiā ſciēter in ſi
nu vniꝰ accubās ſe morti expoſuit. Beata
virgo amore caſtiſſimo deū ad ſe attraxit.ī
cuiꝰ ſinu humanitatē noſtrā ſuſcepit vt ꝓ
omnibꝫ hoibꝫ innocēter moreref. ¶ Ubi
notādū ꝙ ꝓpter amorē caſtiſſimū ⁊ puri/
tatē beata ꝟgo maria ſoli cōpaf. Uñ dici
tur pulcra vt luna. electa vt ſol. Cañ. vi.
Itē Ecci.xxvi. Sic ſol oriēs in mūdo ī al
tiſſimis dei.ſic mulierꝫ bone ſpēs in ornam̄
tum domꝰ eiꝰ. Itē in p̄s.dic̄ pater ꝺ filio
Thronꝰ eiꝰ.i.beata virgo ſicut ſol ī cōſpe/
ctu meo ⁊c̄. ¶ Maria ꝺr ſol.qꝛ ſicut ſol lu
minare ē par ſibi nō hñs.⁊ toti mūdo ſuf/
ficiēs. Sic beata ꝟgo nec primā ſilem vi
ſa eſt ⁊c̄. Itē qꝛ fulgor miraculoꝝ eiꝰ lucet
vbiqꝫ terraꝝ.⁊ lucebit vſqꝫ ad diē iudicij
Uñ dicit. vſqꝫ ad futu.ſecu.ñ deſi. Alij ve/
ro ſancti poſt trāſitū ſuū aliqt annis fuiſſe/
rūt in ſpecialibꝫ locis. Item qꝛ ſol ꝺr qſi ſo/
lus lucēs.i.p̄ ceterꝭ luminaribꝫ Sicut em̄
ceteris ſideribꝫ claritate lumīs ⁊ maieſta/
te p̄ferf:ſic in celeſti glia maria ſctīs oibus
honore ⁊ glia ſupponif. Iō in figura Ma
rie dictū eſt de iudith.xi.c. Nō eſt taf mu
lier ſup terrā ⁊c̄. Sic̄ em̄ ſol pulcerrimum
luminariū celi:ſic maria digniſſima creatu
raꝝ dei pꝰ aīam xp̄i. Uñ canif in ſequētia.
Sol luna lucidior.⁊ luna ſideribꝫ:ſic ma/
ria dignior creaturꝭ oibꝫ Iō etiā dicif ip̄a
primogenita añ oēm creaturā.i. dignior oī
pura creatura. Ecci.xxiiij. In mūdo em̄ ē
vnꝰ ſol.⁊ maria vna ſola ē mr̄ ⁊ ꝟgo. Uñ
⁊ cōpaf fenici q̄ eſt vnica auis ſine p̄re. vñ
Seduliꝰ. Nec primā ſilem viſa ē nec hr̄e
ſequētē. Iō etiā ꝺr electa vt ſol. q̄ ſilez nō
hꝫ.nec ip̄a ſilem hꝫ nec habitura ē in eter/
nū Itē ſol ꝺr qſi ſua oibꝫ largiēs.qꝛ qdq̄d
habet q̄ntū in ſe ē oibꝫ cōicat ⁊ bonis ⁊ maf.
vt ei ꝯueniat qꝺ de p̄re ꝺr Ro.viij. Si ꝓ
nob oibꝫ tradidit filiū ſuū.ſ.volēs eū pati.
quō etiā cū illo oia nob nō donauit Maf ei
veniā īpetrat ⁊ grāz.ut pꝫ ī theophilo. Uñ
canif.theophilū reformās grē. Iuſtis ꝟo
grām īpetrat mltiplicat ⁊ ꝯſeruat. Iō dici
tur aurora:q̄ ad incipiētes. Hiis q̄ ī nocte
ſunt.i.ꝓfunde peccantibꝫ. ſtella eſt et luna
Quaſi ſol ꝟo ꝓficiētibꝫ ⁊ ꝑfectis ¶ Item
maria electa vt ſol.vt ſup̄ dictū eſt. marīe
in qnqꝫ priuilegijs. In magnitudine. ī po
teſtate.ī vtilitate.in claritate.in calore.
¶ Magnitudo eiꝰ.hūilitas eiꝰ.qꝛ ſm̄ hu
militatē omīs aīe.q̄ntitas a deo mēſuratur
Mat.xviij. Quicūqꝫ hūiliauerit ſe ſic̄ par
uulus iſte.hic ē maior in regno celoꝝ. De
humilitate marie q̄re ſupra in ſeptima ſtel
la hꝰ none corone Poteſtas eius. fides
eiꝰ.qꝛ fides potētia ē aīe.q̄ntū hꝫ q̄ſqꝫ fidei
tm̄ habet potētie.ſi paꝝ hꝫ fidei paꝝ hꝫ po/
tētie.ſi multū:multū.ſi oēm fidē.oēm potē
tiā Mar.ix. dixit dñs cuidā. Si potes cre
dere.oia poſſibilia ſunt credēti. Et ītellige
de fide viua.q̄ ꝑ dilectionē opaf. qa fides
mortua nihil p̄ot.ſic̄ nec mortuꝰ hō. Opa
vero bona vita ſunt fidei.ſicut carbones et
ligna vita ignis. Uere potēs ⁊ viua fides
marie que vnica operata eſt qꝺ nunq̄ȝ au/
ditum fuerat:nec in celo nec in terra. incar
nationem videlicet filij dei quādo reſp̄odit
angelo. Ecce ancilla domini ⁊c̄ ¶ Utilitaſ
huius ſolis miſericordia marie. qꝛ poſt mi
ſericordiā dei nihil vtilius eſt humane cre
ature. De mīa marie hēs ſup̄ corona ſcꝺa.
ſtella p̄ria. Claritas hꝰ ſoliſ:puritas ꝟgīs
quere ſupra corōna ſecunda ſtella octaua.
Calor huius ſolis.charitas virginis. quo
niam charitas eſt anime caliditas. Pro/
pter quod dicit dominꝰ Matth.xxiiij. Re/
frigeſcet charitas multorū. Sol eniȝ fons
caloris eſt. Et quantuſcūqꝫ ſit ſol.nihil eſt
niſi ignis. Nam calidior eſt toto globo ter
re ſi totus igniretur. Et de igne charitatis
dicit dominus Luce.xij. Ignem veni mit/
tere in terram:et quid volo niſi vt ardeat.
Apocalipſ.iij. Utinam frigidus ⁊c̄ ¶ Itē
ſol diem inchoat per ortum.terminat ꝑ oc/
caſum.diſtinguit ī certas p̄tes ꝑ ꝓceſſum
diſcernit noctē a die ſue claritatꝭ ſplēdore.
Sic maria vitā iuſti exēplo vite ſue. vt ei
ꝯuenire videaf illud qꝺ de filio dicit pſal,

Ordinatōe tua pſeuerat dies.i. vita xp̄ia
ni. ¶ Itē ſol ſuo lumine penetrat tantūmō
materias mūdiores.et q̄ſi limatas velut vi
truʒ ⁊ criſtallū.ſʒ craſſiores nequaq̄. Sis
ergo vitreꝰ ꝑ pn̄iam q̄ corpꝰ excoq̄t.cū ipa
ſit ignis.⁊ ꝑ puritatē q̄ſi criſtallinꝰ.ſi ſolis
huiꝰ radijs deſideras illuſtrari. Itē ſol rex
ſideꝝ.et maria regina virginum.imo omi-
um ſanctorum

¶ Undecima ſtella none corone beate v̄
ginis eſt q̄ ipſa iſe habuit virtutes dauid

D Auid plus in
celo q̄ī terra habitans amore
mulierꝫ ad philiſteū acceſſit in
trepidꝰ.ducētis ꝑpucijs aliaʒ emit.ꝓpter
aliā viꝝ iuſtū occidi mādauit ī ſinu ſpecio-
ſe iuuēcule oī caſtitate ꝑuata tandē obdor
miuit. Beata virgo ſua charitate deū for-
tiſſimū in certamine ꝯ diabolū ſumpta ſun
dibula nr̄e hūanitatis: iactis q̄nq̄ lapidi-
bꝰ.ſ.q̄nq̄ vulneribꝫ adduxit.quem acerri
me deuicit. Propter charitatē aūt ⁊ miſe
ricordiā quā beata virgo ad pctōres habet
cōpaꝛ̄ lune. Geñ.i. Fecit deꝰ duo lumina-
ria magna Lumīare maiꝰ.i.ſolē ſcʒ xp̄m ut
p̄eſſet diei.i.iuſtis. Lumīare minꝰ.i. lunā
hoc eſt mariā.vt p̄eſſet nocti.i. ad illumīan
dū pctōribꝫ.⁊ ſtellas.i.iuſtos. Jō dr̄ xp̄s
ſol iuſticie. Mat.ij.q2 ab eo eſt oīs iuſticia
Maria mr̄ gratie fecūdata ſcʒ a deo.i. īple
ta miſicordia erga pctōres.ſic mr̄ erga fili
os miſericors ē. Deꝰ ei pctōres non audit.
Jo.ix.ſʒ mr̄ dei ip̄os nō repellit. In ſole.i.
in xp̄o feruor.i.iuſticia puniēs.⁊ ſplendor
ſcʒ miſicordia pcēs In luna.i.ī maria ſplē
dor miſicordie ſine feruore ſeueritatis .q2
nō offendit infirmos oclos ſe reſpiciētes.
ſicut feruor ſol. Berñ. Quid ad mariam in
trepidas ⁊c̄. ¶ Maria igiꝛ̄ luna.q2 ſꝑ aut
creſcit aut decreſcit.ſʒ poſt cremētū decre-
ſcit.⁊ creſcit poſt decremētū. Maria v̄o q̄
magis creſcebat ī omī virtute.plꝰ decreſce
bat ꝑ hūilitatē in ſua reputatōe.iuxta illud
Ecci.iij. Quāto magnꝰ es hūilia te ī oībꝫ.
⁊ corā deo inuenies grām. Jō ipa dr̄ lumi
nare.q̄d minuiꝛ̄ in ꝯſūmatōne. Ecci.xliij
Quia nihil tā ſimile ſoli q̄ luna. nō tamē
oīno ſimilis. Nullū eñ luminare tm̄ hʒ lu
minoſitatis q̄ntū ſol. cuiꝰ luminoſitatē lūa
vicinꝰ emulaꝛ̄.i. Coꝝ.xv. Alia ē claritas
ſolis.i.xp̄i. Alia claritas lune.id ē.marie.
alia claritas ſtellaꝝ.i.ſanctoꝝ ¶ Quia in
ter planetas nullꝰ ſoli tā ꝓximꝰ. Unde p̄s.
Aſtitit regina a dextris tuis.iij. Regum.
Berſabee ſedit ad dexterā ſalomonis ¶ Or
nihil mediū inter lunā ⁊ ſolē. Vñ diꝛ̄ hec
luna. Oſculeꝛ̄ me oſculo oris ſui. Canti.i.
Et iō nullꝰ tm̄ nouit de ſecretis creatoris.
Vñ diꝛ̄ Cañ. Introduxit me rex ī cel.vi.
que diciꝛ̄ a celando ¶ Quia inferior pla-
netaꝝ.i.hūilima omniū ſanctoꝝ. Nullꝰ eī
planeta tantū terre vel mari accedit. et nul
lus ſanctoꝝ tantū peccatoribꝫ q̄ terra ſūt ꝑ
compaſſionē ꝯdeſcēdit.marie vero his quī
amaricanꝛ̄ ꝓ peccatis. ¶ Quia citiꝰ q̄ alij
planete ꝑficit curſum ſuū.⁊ ipa faciliꝰ impe
trat a xp̄o q̄ alij ſancti. Unde.iij. Re.iij.
dixit ſalomon matri ſue in figura Marie.
Pete mater mi Item aſſuerus Heſter.v
Quid vis heſter regina ⁊c̄ ¶ Quia p̄ce-
teris planetis dominationē habet in mari
Nam ſm ipſam fluxus et refluxus maris.
Unde lucanus. Thecios vnda vage lu-
naribus eſtuat horis Ideo luna proprie di
cenda eſt ſtella maris. Mare eſt amaritu-
do penitentie qua deo recōciliamur Si aſ
ſiſtat nobis maria: affluit et abundat ī no-
bis hoc mare Ecci.xxiij. A mari abundat
cogitatio eius. Si elongetur maria a nob:
refluit et recedit hoc mare. ¶ Item luna
videtur habere quādoq̄ ferrugineū colorē
quia per penitentiā mortificabat corporis
membra: et cōtudit ſicut metalla. Uel hec
proprietas impleta eſt in filij paſſione quā
do non fuit ei ſpecies neq̄ decor Iſaie.liij
Et ipſa per compaſſionem nigra fuit et ob-
fuſcata. ¶ Scd̄m lune crementum vl̄ de-
crementum abundant vel decreſcunt me-
dulle in oſſibus animaliuʒ. Uirtutes ⁊ gra
tie medulle ſunt que oſſa irrigant virtutuʒ
naturaliū ſine quibꝫ deficiūt. De vero me-
dulle niſi ꝑ grāʒ ⁊ orōes marie nob neq̄ūt

abundare. Medulle ꝟo ille ſunt humilitaſ
pietas. charitas. caſtitas. pat. ẽtia ⁊ hm̃oi
De qbꝫ Prouerb. iij. Sanitas em̃ in vm
bilico tuo. ⁊ irrigatio oſſium tuoꝝ ¶ Rori
flua eſt. qꝛ luna rorẽ dicit̃ miniſtrare. Vñ
et maria dicit̃ in ſequẽtia. purpurea ut vi/
ola. roſida vt luna. Ipa enim dicit. In me
oĩs gr̃a vite ⁊ ꝟitatis ¶ Quia lumẽ ⁊ pul
critudinẽ ſuã habet a ſole. Et maria q̃dq̃d
boni habet attribuit vero ſoli. Vñ dic̃. Fec̃
mihi magna q̃ po. eſt. ¶ Quia q̃ magis ac
cedit ad ſolẽ minꝰ videt̃ hr̃e luminoſitatiſ
ſic maria in ſe totũ ſuſcipiẽs ſolẽ iuſticie q̃ſi
vacuã ſe reputãs ⁊ inanẽ: dixit. Ecce ãcil
la dñi. ¶ Quia poſt ꝯiũctionẽ cũ ſole gra
cilem ſe exhibet ⁊ ſubtilẽ oculis intuentiuꝫ
Et h̃ bñ apparuit q̃ñ cõcepto filio viſitauit
elizabeth m̃lto minorẽ ſe. ⁊ ipi ꝑienti humi
lime miniſtrauit.

¶ Duodecima ſtella none corone beate ꝟ
ginis eſt ꝙ in ſe habuit ꝟtutes ſalomonis

Salomon nigrã

ſed formoſam adamauit. qui tñ
maxima ſapiẽa floruit Beata ꝟ
go nigra hũilitate ſꝫ formoſa ꝟginitate. cu
ius decorem ꝯcupiuit dñs deꝰ. ſapiam filij
dei in vtero ſuo habitare coegit. cuiꝰ amo
re delectatꝰ nr̃a infima petijt ⁊ nos a cecita
te noctis liberauit. Vñ merito maria auro
re cõpat̃. Aurora gallice alba ab albedine.
qꝛ tota cãdida intꝰ ⁊ exteriꝰ ꝑ ſanctimoni/
am carnis ⁊ ſpũs. Vñ ⁊ lilio cõpat̃ Cañ.
ſcđo. ¶ Maria aurora. Latine aurora ab
auro. h̃ eſt a ſplẽdore ſ̃m Iſi. qꝛ tota fulgi/
da intꝰ ⁊ exteriꝰ. Vel iõ dicta eſt ab auro.
qꝛ in ſe habuit triplicit̃ aurũ. Aurũ mũduꝫ
ꝟginee puritatꝫ Apoc̃. xxi. Ipa ciuitas au
rũ mundũ ⁊c̃. Auꝝ ignitũ feruẽtiſſime cha
ritatis Apoc̃. iij. ď angelo laodicie. Sua/
deo tibi emere a me auꝝ ignitũ. Aurũ op/
timũ ſapientie a ſapore. qꝛ vidit ⁊ guſtauit
⁊c̃. Geñ. ij. Aurũ terre euilath optimuꝫ eſt
¶ Quaſi aurea hora. iuxta Iſiđ. qꝛ addu
xit etatẽ aureã. i. tp̃s gr̃e. Vñ ei ꝯuenit qđ
dicit̃ de ſaturno. Aurea ꝑ cũctas diſponẽſ
ſecula terras. ¶ Ab aura. i. gr̃a ⁊ flatu ſpi

ritusſancti. q̃ ꝑflata eſt in ſanctificatõne et
ſꝑ deinceps. Vñ Cañ. v. Veni auſter per
fla ortũ meũ. i. mariã. ď ſpũſctõ ¶ Quaſi
aura rorãs. Nã p̃cibꝫ ⁊ meritis eiꝰ ꝑcepi
mus aurã. i. refrigeriũ. ⁊ rorẽ gr̃e ꝯ incẽti/
ua vicioꝝ. Ipa em̃ fuit aura illa de qua di/
cit eliphat Iob. iiij. Vocẽ quaſi aure leniſ
audiui. Maria ſiquidẽ dicit̃ aura ꝓpter re
frigeriũ gr̃e. quã infundit diligẽtibꝫ ſe. Le
nis ꝓpter multitudinẽ lenitatꝫ ſue ¶ Qua
ſi hora roris. qꝛ in ꝯceptu ſuo deſcẽdit ĩ eaꝫ
filiꝰ dei q̃ſi ros. Vñ dic̃ Oſee. xiiij. Ero q̃
ſi ros. ⁊ iſrael. i. maria germĩabit q̃ſi liliuꝫ.
Vñ de plenitudine gr̃e quã ſibi filiꝰ ꝯtulit:
accepimꝰ oẽs Io. i. ¶ Ab aure. qꝛ cõcepit
ꝑ aurẽ. Vñ dic̃ Cañ. v. Dilectꝰ meꝰ. i. p̃t
miſit in me manũ ſuã. i. filiũ ꝑ foramẽ aurꝫ
mee. Iõ canit ei eccl̃ia. Cõcepiſti ꝑ aurem
dñm noſtꝝ. ut bñdicta dicarꝫ inter oẽs mu
lieres. Per aurẽ. i. ꝑ fidẽ dictoꝝ. q̃a fides
ex auditu. Roꝝ. x. ¶ Itẽ aurora q̃ſi auiuꝫ
hora. q̃ tũc incipiũt modulari voces ſuas ĩ
laudibꝫ matris ⁊ filij. Aues iſte viri ſpũa/
les q̃ ſunt aues mũdi. Aues celi ſunt ange
li. q̃ ꝯcorditer laudãt eã. Vñ Te laudãt an
geli. Itẽ Iob. xxxviij. Cũ me laudarẽt ſil̃
aſtra matutina ¶ A vigilibꝫ a lõge p̃nũciat̃
Nã ab eterno p̃ordinata ẽ in officiũ ſalutꝫ
hũane. ſic̃ ipa dic̃ Prouerb. viij. Ab eter
no ordinata ſum ⁊ ex antiq̃s añq̃ꝫ terra fie
ret. Prefigurata ẽ etiã in factis p̃triarchaꝝ
⁊ p̃nũciata oraculis ꝓphetaꝝ ¶ Noctẽ finit
⁊ diẽ inchoat. Fuit em̃ finis legis ⁊ inchoa
tio gr̃e. Nox em̃ quedã longa admodum
ab eua fluxit vſq̃ꝫ ad mariã. quã finiuit ip
ſa maria in ortu ſuo. Et hec nox fuit illa ſo/
litaria nec laude digna Iob. iij. Que licet
fuerit obſcura ſuis tamẽ vigilijs q̃ſi q̃buſ/
dam fulgoribꝫ diſtinguebat̃. Prima vigi
lia illuminatio occulte inſpiratõnis. Hec
fuit obſeruata tp̃ibꝫ noe ⁊ abraã. q̃ occulta
inſpiratione aliq̃d figuratiuũ de ea intellex
erunt. Secunda eruditio legalis Hec tp̃e
moyſi ⁊ illoꝝ q̃ ꝑ legẽ inſtructi ſũt ¶ Ter
tia certitudo ꝓphetice p̃nunciatõnis. Hec
tp̃e ꝓphaꝝ ¶ Quarta vehemẽs ſctõꝝ de
ſideriũ de ꝓmiſſiõe facta a dño adimplẽda

Hanc habuerūt ſymeon elizabeth ⁊ anna
qui velut in pūcto iā erūpentis aurore con
ſtituti. nō ſolum ipſam ſʒ ⁊ filiū ſuum vide-
re ardētiſſime geſtiebant ⁊c̄. Item aurora
media eſt inter noctē ⁊ diem. Dies xp̄us.
nox pctōr. Sicut enim filius eſt mediator
inter deum ⁊ hoīem. ſic maria inter filiū ⁊
peccatorē. quod patuit in paſſione. Itē au
rora fugat fures illos de q̄bꝫ dr̄ iob. xxiiij.
Si ſubito apparuerit aurora arbitrantur
vmbrā mortis. viciū quodlibet furat̄ the-
ſaurꝫ ꝟtutum ſibi oppoſitū ſicut ſupbia hu
militatem ⁊c̄. ¶ Releuat infirmitates cor
porales ⁊ maria lāguores aīarꝫ. Naʒ an̄
ortum ipſius ꝑ euam totuſ infirmabat̄ mū
dus: ita ꝙ a planta pedis ⁊c̄. Yſa. i. ¶ Mū
das aues excitat ad laudādū vt ſupra. No
cturnas aues ꝯuertit in fugam. hi ſunt he-
retici. Nam q̄ male agit odit lucem Jo. iij
Quia maria mediante filio cūctas hereſes
interemit.

¶ Decima corona ⁊ prima ſtella eiuſdem

Decima coro-
na capitis gl'oſe ꝟginiſ ma
rie eſt corona ſingularꝭ bn̄-
dictōnis. quia ꝟgo ſingula
ris. ⁊ omēs mulieres in bn̄dictiōibꝫ ſuper
greſſa ¶ Duodecim ſtelle hꝰ decime coro-
ne ſunt. xij. bn̄dictōnes. xij. mulierꝫ i ſacra
ſcripta bn̄dcarꝫ q̄s. b. virgo ꝑfectius hūit
¶ Prima ſtella huius corone fuit Eua.
Scda ſara. Tercia rebecca. Quarta Lya
Quinta rachel. Sexta noemi. Septima
ruth. Octaua abygail. Nona abiſag. De
cima berſabee. Undecima iudith. Duode-
cima heſter. ¶ Prima igit̄ ſtella hꝰ decīe
corone vt dcm̄ eſt fuit eua. cuius bn̄dictōʒ
beata virgo maria ꝑfectiſſime in ſe habuit
ſicut ⁊ ceterarꝫ mulierꝫ bn̄dictarꝫ Circa qd̄
primo nota ꝙ ſicut viri veteris teſta. quaſi
ſtelle veri ſolis p̄mōſtrabāt ortum ⁊ vitaʒ
ſic omēs mulieres q̄uocūqꝫ laudibꝫ at-
tollant̄: marie virgīs figurabāt ꝟtutes et
mores ꝑfectos. quarꝫ bn̄dictōes a deo illiſ
datas in ſeipaʒ cōplectit̄. Qua ꝓpter ſcdo
eſt notādum ꝙ in veteri teſtō ſunt. xij. dn̄e
valde honorabiles Quis etiam plres fuerīt
que habuerūt ſpāles grās ⁊ bn̄dictōnes.
quia tam̄ nulla earꝫ immunis fuit a peccato
ideo nulla ipārꝫ īuenit grām redemptōnis
generis humani p̄ter. b. ꝟginem: que hoc
ꝓmeruit ¶ Prima g̊ mulier vt dcm̄ ē fuit
eua in bn̄dictōne generatōis. Nam in pa-
diſo terreſtri eua habuit quattuor priuile-
gia ¶ Primo de viro īnocēte ⁊ iuſto for-
mata eſt a deo ¶ Scdo fcm̄ eſt mrimoni-
um caſtiſſimum inter euā ⁊ adam. quibus
bn̄dixit deus Gen̄. ij ¶ Tercio in illa pa
diſo eua in generatōne ꝓlis ꝑmāſiſſet vir-
go. quia nō fuiſſent fracta clauſtra pudoriſ
vt dicit. b. Aug. li. xiiij. de ci. dei ¶ Quar
to in illa padiſo eua ⁊ quelibet mulier fuiſ-
ſet ſine grauedine grauida. ſine pena puer
pera ⁊ genuiſſet ſine culpa īmo cuʒ origīali
iuſticia. Sʒ illa priuilegia eua ꝑ pctm̄ ami-
ſit. ꝓpter quod cum tota poſteritate ſua eie
cta eſt de padiſo ¶ Btā ꝟgo ampliora pri
uilegia eſt a deo ꝯſecuta. Nam eua de oſſe
viri in carnem eſt formata. in ſignū future
corruptōis ⁊ infirmitatis. q̄m coſta dura ⁊
fortis. trāſmutata eſt in carnē mollē ⁊ fra-
gilem. eo ꝙ homo ab illo forti ſtatu īnocen
tie erat caſurus in ſtatuʒ mortalitatis. In
beata virgīe de femīa ſine viro factus ē vir
ꝑfectiſſimus iheſus xp̄s. in ſignum recupe
rāde ꝟtutis. quia ſanguis mollis ⁊ delica
tus trāſmutatus eſt in oſſa ſolida ihū xp̄i.
quia ꝑ hāc incarnatōem ſciſſimam hō mol
lis peccato reformādus erat ad ſtatū ꝟtu
oſe fortitudīs. Etiā eua fuit virgo corpore
ſed nō mēte. quia ꝯſenſit in carnalem dele
ctatōnem quā poſtea fuit expta. ¶ In bea-
ta virgīe fuit virgītas corꝑis ⁊ mētis cum
ꝓpoſito nō ꝯſentiēdi nec expiēdi carnalem
copulam. Similr̄ mrimonium eue fuit ad
replēdam terram. ſed matrimoniū virgīs
fuit ad replēduʒ celum que ꝯcepit ſine cor
ruptōe. portauit in vtero ſine grauitate. pa
perit ſine dolore. genuit filium abſqꝫ pctō:
qui venerat delere peccata. Et quia dictuʒ
eſt ꝙ mrimonium virgīs fuit ad replēduʒ
celum. ideo ipa merito celū nomiatur. Un̄
Ihere. xxiij. dr̄. Celum ⁊ terram. i. animaʒ

⁊ corpus marie ego impleo ¶ Nota prius dicit celum ꝙ̄ terram. quia prius cõcepit eum virgo in mẽte ꝑ fidem ⁊ dilectõnem: ꝙ̄ in ventre ꝑ nature vnionẽ. ¶ Alr. Celum ⁊ terram ego impleo. i. mariã. terrã ꝑ naturam ſed celum ꝑ grãm. Itez in ps̄. Dominus in celo. i. in virgis vtero. ꝑauit miſterio ſpũſſancti. vel ꝑ ſapiam que ipſe eſt. quia ſapia edificauit ſibi domũ ꝓuer. ix. ſedem ſuam. Eze. xliiij. Princeps ip̄e ſedebit in ea ⁊c̄. Dicit̄ autẽ celum a celãdo. q̄ nobis celat archana dei. Et beata v̄go diuina miſteria reprobis prudẽter celauit. ſed ea euãgeliſtis dilucide manifeſtauit. Luce primo. Maria ꝯſuabat ⁊c̄. Ibi Beď. Maria virginalis pudicicie iura cuſtodiẽs ſecreta xp̄i que nouerat diuulgare nolebat. ſed ip̄m hec quãdo vellet ⁊ quomõ vellz diuulgare reuerenter expectabat. De hmõi archanis dr̄ Colo. i. Miſteriũ abſcõditũ a ſeculis ⁊ generatõibꝫ Yſa. xxiiij. Secretum meũ mihi ⁊c̄. dicũt xp̄s ⁊ maria. Dicitur etiã celũ a celãdo ſub alia v̄bi ſignificatõne quaſi. ſ. vas celatum. i. ſtellis inſignitum. Dicit̄ quoqꝫ celum quaſi cellariũ dñi. quia inde deſcẽdunt nobis om̄ia data optima ⁊ ꝑfecta Jacobi. i. Dicit̄ etiã celũ quaſi caſa helyos. i. domus dei ſolis iuſticie in qua nouẽ mẽſibꝫ corꝑalr̄ h̄itauit. caſa ꝓprie dr̄ ꝑua domus in quo notat̄ hũilitas virginis ⁊ pauꝑtas.

¶ Secunda ſtella decime corone beate virginis Marie eſt ꝙ ipſa habuit bñdictionem Sare

Secunda fuit ſacra in bñdictõne gratificatõnis

Nam ip̄a habuit quattuor priuilegia ¶ Primo fidelitatis. q2 cum vidiſſet yſmaelem filiũ agar ancille ſue deducẽtem yſaac filiũ ſuum ad ydolatriã dixit ad abrahã. Ejce ãcillam ⁊ filiũ eius Geneſ. xxi. ¶ Scd̄o hoſpitalitatis. quia angelos dei libenter recepit hoſpitõ. quãdo abrahã dixit ei. Accelera tria ſata ſimile cõmiſce. ⁊ fac ſuccinericios panes. Geneſ. xviij. c. ¶ Tercio humilitatis, quia vir ſuũ abrahã primo vocauit dñm dicẽs. Dñs meus vetulus eſt. ibidem ¶ Quarto caritatis ratiõe cuius deus dixit ad abrahã. Sarai vxorẽ tuã nõ vocabis ſarai ſed ſara: ⁊ bñdicam ei. ⁊ ex illa dabo tibi filiũ cui benedicturus ſum. eritqꝫ in natões ⁊ reges populorum orietur ex eo. Geñ. xvij. Sed iſta priuilegia non fuerũt tãte gratie vt redẽptorem adducerẽt ꝓpter peccata ſare. Deriſit eñ verba annũciãtis ei ꝯceptum yſaac. ⁊ mẽtita eſt ſe nõ riſiſſe. Geñ. xviij

binibꝰ extractus ſalutaris portus ſtatione
fungaṫ.ad celū ocl'os attollat a terris.⁊ ad
dei munꝰ admiſſus ac deo ſuo mēte iā ꝓxi
mus.qđqđ apud ceteros hūanis in rebus
ſublime ac magnū vidꝫ intra ſuā ꝯſcīaꝫ ia
cere glꝛ'.Nihil ꝗ appetere iā de ſcl'o pōt:
qui ſcl'o maior eſt.Hec ille.Tria aūt ſoli/
tarius ſiue fuꝰ.b.ꝟgīs ꝑcipue dꝫ fugere ⁊
ꝯtēnere.ſ.vinū.delicias ⁊ mlꝛ'ieres.Unde
glo.ſuꝑ climacū.Fuge fuge ꝗ mōachꝰ.ſi/
ue fuus.b.ꝟgīs es.delicias.vinū.⁊ muli
eres.qꝛ tibi ſunt cā pctī ⁊ apoſtatare faciūt
ſapiētes.Nā ⁊ iuſtus loth ꝓpter iſta ꝑuari
catus eſt.Uinū igiṫ ſine mēſura potatum
⁊ mulieꝝ familiaritas ⁊ colloqa ñ ſoluꝫ la
crimas ſed extermināt oīe bonū.Hec ibi
Sapiētis eſt igiṫ ſegregare ſe a voluptati/
bus carnis eleuare aīam atꝗ a corꝑe ab/
ducere.Hoc eſt em̄ ſe hoīem cognoſcere
Que eleuatō ⁊ ꝯgnitō in ſolitudine acqriṫ
Uñ Jhero.ad paulinū.Si cupis eſſe qđ
diceris mōachꝰ.i.ſolus.qđ facis i vrbibꝰ
que vtiꝗ non ſunt ſoloꝝ hītacula ſꝫ mlꝛ'to
rum ⁊c̄.Obſecro itaꝗ te vt multitudīem
hoīm ⁊ officia ⁊ ſalutatōes ⁊ cōuiuia.velut
quaſdā cathenas fugias voluptatum.Hec
ille ¶ Nil igiṫ ſtudioſe mēti ⁊ fuo.b.ꝟgīs
tā ꝯgruū ſicut ſolitudo.Nā ꝗ cū multis ē
ſecum non eſt.Et qui ſibi abeſt ꝯtēplari ne
qt.Itaꝗ ꝯtemplatōnis locus eſt ſolitudo
Itē in ꝓuerbijs ſapiētum.Solitudinem

querat qui vult inocẽter viuere. Et Oui-
dius. Viue tibi ⁊ nomina lõge magna fuge
Et iuxta Sen̄. A turba ꝯtrum potes te ſe
para. ¶ Initiū eñ vt q̄dā dicit religioſe di
ſpoſitõis eſt vt freq̄ntiam hoīm deuitantes
in ſequeſtꝝ corpus ⁊ aīmam cõtrahamus
Oñis eñ grā a mūdi exordio cõicata exhi
bita eſt in ſequeſtro. Sic ⁊ ſuus. b. v̄gin͛
ſi grām dei ꝯſeq̄ voluerit ab omī cõmertio
mūdanoꝝ p̄ que nos ꝯtingeret freq̄ntie ho
minū intereſſe ad imitatiõez dn̄i qui ꝓpter
nos ſe trāſtulit in deſertū ſe penit⁹ retrahat
Sic abrahā familiaritatē dei cupiēs ꝯſeq̄
a terra natiuitatis ſue ſe elõgauit ⁊ audire
meruit a dn̄o. Ego deus omp̄s ambula co-
ram me ⁊ eſto p̄fectus. ponamq̄ fedus in
ter me ⁊ te. ⁊ multiplicabo te vehement͛ ni-
mis. Sic moyſes dum gregē ad interiora
deſerti minauit. ⁊ portētum ardētis rubi vi-
dere meruit. ⁊ dn̄m ſibi de celo loquentem
audiuit. Sic iacob bn̄dictõem patris obti-
nuit ꝓ eo q̄ eſau egrediēte dn̄s ſpreuit. ip-
ſe domi ſemꝑ māſit. Vn̄ de Gene. xxv. Ia
cob vir ſimplex ⁊c̄. Sic dn̄s ī deſerto ꝓplm
ſuum pauit mānate q̄d ei defecerat cū ad
terram ꝓmiſſionis tanq̄ ad ꝓpria ꝑueniſ-
ſet. Sic dn̄s Ezech. nunc in cāpum egre-
di iubet. nūc includere ſe in medio domus
ſue. vt cum eo loquat͛ dn̄s ⁊ ei ſpm̄ ꝓphe-
tie infundat. ꝓpter q̄d dicit p̄s. Quis da
bit mihi pen. ſicut co. ⁊ vola. ⁊ requieſcam.
Q̄d tn̄ deſideriū ꝯſecutus eſt cū dicebat
Factus ſum ſicut paſ. ſo. in tec. ¶ Sed q̄d
de veteribꝫ dicimus quibꝫ in figura oīa cõ
tingebant. cum etiā hoc noſtrīſ ſcīs ī clara
luce euangelice veritatis legimus eueniſſe.
Nam in exordio nr̄e redemptõnis cum an
gelus miſſus eēt ad. b. v̄ginem īntrauit ad
eam. Vñ de bern̄. ſuꝑ miſſus eſt. Item dn̄s
aſcēdens in celū docuit diſcipulos ſuos di
cēs. Vos aūt ſedete in ciuitate ⁊c̄. Hanc
ec̄ reglam ⁊ doctrinā ſu⁹. b. v̄gīs teneat ⁊
in ciuitate hoc eſt in ſecreto ⁊ ſolitudīe ma
neat vt ſic grām ſpūſſcī p̄cipe valeat

¶ Tercia ſtella ſiue virtuſ
eſt q̄ ſit mundus.

Mundus. debēt
eſſe mūdi ⁊ imaclati ſui ⁊ lau-
datores marie. Ipa eſt eñ or-
tus ꝯcluſus fons ſigtus. Cāt. iiij. Nec in-
trādum eſt in ortū floridū ⁊ delicioſum pe-
dibꝫ lutulētis. nec aqua puriſſimi fontꝫ ſor
didis eſt manibꝫ hauriēda. Ad agēdū eñ
de. b. v̄gine nõ eſt niſi mūdo corde ⁊ purifi-
catis cogitatõibꝫ accedēdū vt cū ea dicere
valeat ſuus eius. In hītatõe ſcā corā ipo
i. filio vel corā ipa. ſ. mr̄e miſtraui. Scā eñ
hītatõ idē ē q̄d mūda a terra eleuata ⁊ firma
ꝯuerſatõ. Qui eñ immūdi ſunt n̄ miſtrant
in ſcā hītatõe: ſiml̄r nec appetētes plus iu-
ſto terrena nec ꝯuerſantes in terra. Coraꝫ
ipo vel ipa miſtraui. ¶ Hic no. quattuor.
Celeſte deſideriū vt aū deū ⁊ mrēm ei⁹ ſit
oīe deſideriū nr̄m ⁊ nr̄a ꝯuerſatõ in celis
Itē corā ipo. i. ſimpl̄r. i. ſimplici oclo non
faciēs iuſticiā tuā corā hoībꝫ vt lauderꝫ ab
eis ſed nihil aliud queras niſi ipm̄. Itē co-
ram ipo. i. ſtrēnue. Oīa eñ apta ſunt ocul͛
eius. Propriū eſt eñ oīs ſerui etiam pi-
gri q̄diu p̄ns eſt dn̄s eius ſtrēnue opari.
Boe. Magna nobis ⁊c̄. Vel corā ipo. i. in
bn̄placito eius. Itē corā ipſo. i. reuerenter
corā tāto dn̄o ⁊ tāta dn̄a cū etiā corā dn̄iſ
terrenis reuerēter ſui ſui miſtrēt. Miſtra-
ui humil̄r ⁊ libenter. Miſter quaſi minor ſta
tu. miſtrare quaſi minorē ſtare. Auctoritaſ
Si inuitus pares ſuus es. ſi libenter mi-
ſter. Miſtrare ḡ in ꝯtinua mētis ⁊ corꝑis
mūdicia: eſt in ſcā hītatõe miſtrare ¶ Et no
ta q̄ in his tribꝫ verbis tāgunt͛ fere oīa q̄
miſtris xp̄i vel marie ſunt neceſſaria. Vt. ſ.
miſtrēt in mūdicia vel abiectiõe voluptatuꝫ
⁊ ꝯtemptu tp̄aliū. in pacia aduerſariorum
in deſiderio eternoꝝ. ſtrēnue. feruēter. ſim-
pliciter. reuerēter. humil̄r. libenter. p̄ſeue-
ranter. Ecce decalogus miſtroꝝ xp̄i ⁊ ma-
rie. Item ſuiamus matri ſicut docem̄ ſui
re filio. Lu. i. Seruiamus illi in ſcītate. i. ī
mūdicia. Vn̄ mr̄ dicit cū filio. Ambulās in
via īmaculata hic. i. diſcretiue. nõ ali⁹ mi-
hi miſtrabat ad bn̄placitum meum. Et iu-
ſticia: vt non credas te ei dare gratuitū ſꝫ

reddere debitum dicēs. Seruus inutil' ſuz
Coram ipō non vt ab hoībꝫ velimus lau
dari. Vñ ad Colo. iij. Non ad ocl'm ſuiē-
tes. Mat. vi. Attēdite ne iuſticiā ve. fa. co
rā hoībꝫ. ⁊c̄. In hoc etiā ꝙ dicit coram ipō
notat̄ ꝙ boni ſtāt in ꝯſpectu dei ſicut helyaſ
di. de ſeipō. iij. Re. xviij. Viuit dñs exer-
cituū añ cuius vultū ſto ⁊c̄. Mali aūt ꝯtro
Vnde. Qm̄ pones eos dorſum. Et hoc q̄a
a dño ignorant̄. Mībꝫ diebꝫ noſtris. i. ꝑſe
uerāter. qꝛ dñs non vult ſuū alteri obliga
tum. ſciens ꝙ nemo pōt duobꝫ dñis ſuire
Mat. vi. ¶ Non eſt ſuiēdū mōdo. qꝛ ſuū
ſuū non ſolum nō remunerat ſed etiā in di
ſceſſu total'r ſpoliat. Job. i. Nudus egreſ-
ſus ¶ Non dyabolo qui q̄ꝫto affectuoſius
ei ſuit̄. tanto ꝯtra talem graui⁹ exacerbat̄ ſi
cut dicit Grego. ¶ Non carni que de ſer-
uitio quod ei fit non reddit niſi monetam
ſtercoꝝ ¶ Item triplex mūdicia ſeruis ma
rie eſt neceſſaria. Vicꝫ carnis. qḋ eſt abſti
nere ab om̄i immūdicia exteriori ⁊ ab omni
actu illicito qui poſſet fieri ſciēter ⁊ vigilā
ter. Eſt aūt immūdicia fluxus ſemīs quocū
q̄ꝫ attractu vel tactu viri preter vſum ſeſe
vel femīe ꝑter vſum viri. ⁊ hoc reſtricto vo
cabulo. large aūt ſumpto vocabulo immun
dicia ꝯplectitur fornicatōem. adulterium
mechiam. inceſtum. ſodomiticū. peccatum
brutale. ⁊ hmōi. De quibuſlibet aūt immū
dis his modis dicit apoſtolus Epheſi. v. c
Immōi regnum dei nō poſſi debūt ¶ Vo-
lūtatis eſt abſtinere ab om̄i illicito ꝯſenſu
Vñ Ecci. xviij. Poſt ꝯcupiās tuas ñ eas
ſcꝫ eis ꝯſentiēdo ¶ Cordis. abſtinere ab il
licitis cogitatōibꝫ ⁊ ꝑuerſ̄ que ſeꝑant a dō
Sap. i. Imaginatōibꝫ delectatōibꝫ deſide
riis recordatōibꝫ titillatōibꝫ ꝯſenſibꝫ ⁊ hu
iuſmōi. Quia ſic̄ dicit dñs Mat. v. Qui
viderit mu. ad cōcu. eā iā mech. ē eam. Ex
his igitur patet q̄ꝫ mundus debeat eſſe ſer
uus beate Marie virginis vt poſſit eāz di
gne laudare

¶ Quarta ſtella ſiue virtus ſer-
ui beate virginis eſt ꝙ debet eē
aromaticus.

Aromaticuſ per
fragrātiā bone opīonis ꝑ exē-
plum caſtitatis pietatꝫ ⁊ hūili
tatis. Quāto eīm ipa eſt purior tāto magiſ
fetet ei luxurioſus. Ipa eīm cū ſit apis fuga
tur fetore. Ecc. v. Breuis in volatilibꝫ apꝫ
Cum ſit mater pietatis magis fetet ei ipiuſ
⁊ auarus. Cū ſit exēplar hūilitatiſ plus di
ſplicet ei ſuꝑbꝫ. ⁊ ſic de ceteris abomīatōni
bus vicōꝝ. ꝓpter hmōi fragrātiā dr ſeruiſ
ſuis Ecci. xxxix. Quaſi lyban⁹. i. exemplo
marie que deſignat̄ ꝑ lybanū. Vnde dicit
Ecc. xxiiij Quaſi lyban⁹ ñincīſus odorēꝫ
ſuauitatis hēte. ⁊ quaſi roſe plātate ſuꝑ ri
uos aquaꝝ fructificate. florete flores ſic̄ lili
um. date odorē ⁊ frōdete in grām. date no
mini eius magnificētiā. Ecce ꝙ prīo iniun
git ſuauē olētiā ꝟtutū ⁊ poſtea laudes eiuſ
Hāc aūt fragrātiā debes hēre in corde in o
re in opere. In corde ꝯtra fetorē prauorūꝫ
deſideriꝝ. ſordidaꝝ cogitatōnū. recordati
onū. titillatōnum. ymaginatōnum ⁊ hmōi
In ore dupl'r laudes eius que ſūt aromati
ca ⁊ ſpēs aſſidue ruminādo. ⁊ ad oēs ipudi
cos ⁊ detractorios ſmōes ſolicite obdurā
do. In oꝑe ⁊ ſenſibꝫ vt ꝓ illi⁹ honore ⁊ tua
vtilitate abſtineas ab om̄i oꝑe polluto: et
ſenſus tuos ⁊ mēbra ſolicite cuſtodias ab
om̄i actu illicito. ſ. ocl'os ne defigas eos in
feminam. aures ne ꝓ poſſe tuo audias lin-
guam neq̄ꝫ. nares ne delecteris in meretri
cibꝫ odoribꝫ. os ne guſtet qḋ guſtatuꝫ affe-
rat mortē. tactū ſimil'r ⁊ iceſſum a volupta
tibꝫ illicitis ⁊ hmōi. Et qꝛ. b. ꝟgo tl'i mo-
do ſenſus ſuos exteriores regebat. iō ortuſ
ꝯcluſus dr. Vñ quinq̄ꝫ fuerūt clauſure in
maria q̄ ſiī ſuo ſuo fuerīt ab oi pctō ſuos
ſēſ⁹ facillīe ꝑſuare potuerīt ¶ Prīa ab ex
teriori diligētiſſima ſuoꝝ q̄nq̄ꝫ ſenſuū cu-
ſtodia. Siq̄dē iuxta ſnīam illā Ecc̄. xxviij.
ſepiuerat ꝟgo aures ſuas ſpinis ne audirꝫ
linguā nequā. Et fedus pepigerat cū ocul'
ſuis Job. xxxi. vt nec cogitaret de homine
Sic ⁊ ſu⁹ ſuus faciat ne cogitet de virgīe.
¶ Scda clauſura ab interiori. ſ. foſſatum
voluntarie pauꝑtatis. Foſſatū vacuatum

a terra p ↄtēptū mūdane pſpitatis ⁊ largaꝫ erogatōem ſube tpalis. Vn̄ Manū ſuam apuit inopi. Profundū p demiſſionem tiorose būilitatis q2 in tm̄ pfunda ⁊ dilatata eſt vt magni dei capax efficeret. Sācta em̄ tioratō ſenſuꝫ ppriū depaupat Qō bn̄ apparuit in ea qn̄ q̄ſiuit: quō fiet iſtud. nolens initi ppio ſenſui Quis bn̄ ſciret vgīeꝫ parituram Dilatatū p āplitudinē eximie caritatis. Exhibuit ei filio dī. vij. opa mīe de ppria ſuba: īplēs illud puer. iij. Honora dn̄m de tua ſuba. Petratū p ſoliditatē pacie ſingularis. Vn̄ dicit ei ſapīa dī yſ. liiij. Ecce ego ſterno p ordinē lapides tuos Mōlliſſimū p amorē ⁊ votū ppetue vgītatis. que ab ea oēm fetorē exclulit immūdicie carnalis Aquoſum p inexhauſtā multitudinē pietatis ⁊ abūdātiā lacriarum maxime tpe dn̄ice paſſionis Cū igit ſeruus. b. vir. mūdanā pſpitatem ↄtempſerit demiſſus p humilitatē extiterit eximiā caritatem habuerit. paciam ſingularē poſſederit. caſtitatē mētis ⁊ corpis ſuauerit. pietatis affectū alijs exhibuerit tūc ſecūdaꝫ clauſurā ſui ortus ſiue ſenſuū ſuoꝝ optime obfirmauit Tercia clauſura murus multiplex. Murus ptectō dīna. Si enim dn̄s in circuitu ppli ſui: multo fortius in circuitu mr̄is ſue. Unde d̄ ea d̄ yſa. xxvi. Saluator ponet in ea murus ꝛc̄ Virtus omnimoda. Prouer. xxv. Sicut vrbs patēs ⁊ abſq3 muroꝛum. id ē vtutum ambitu Multitudo grāꝝ quaſi aquaꝝ. Exodi. xiiij Aque erāt eis p muro ꝛc̄. Aque maris grē marie. Naum vlti. Aque in circūitu eius. aque muri eius. Mur9 alius quaſi duplex ſcꝫ innocētia mentis ⁊ puritas virginalis. Vel murus firmitas ſcī ppoſiti. vel obduratio recte ↄſuetudīs. vel iuſticie munimētū vel murus fidei fundatus ſup fundamētuꝫ caritatis Opatō bona muniēs animam ↄtra om̄e genus peccati ⁊ ipa om̄ia miſcđe opa exhibuit filio ſuo egeno ⁊ mēdico Cū ergo ſuus marie hos muros habuerit firma erit clauſura ortus ſui Quarta clauſura aqua circūquaq3 currēs ipam vndiq3 muniēs plenitudo totius gratie. Unde angelus ait ad eam. Aue gratia plena. Que tam plena gratie extitit. vt de plenitudine eius ſicut ſanctus Bern̄. dicit accipiāt vniuerſi. Hanc aquā ſeruus. b. virginis diligenter ab ea petat. quia ſine iſta aīma eius ſicut terra arida ꝛc̄ Quīta diſcreti cēſura ſilētij. Que quaſi q̄dam clauſura poſſeſſiones vtutum ſuaꝝ ↄſuabat. yſaie. xxxij. c Cuſtos ſiue cultus iuſticie ſiletium. Et vbi non eſt ſepes hec facile diripit poſſeſſio vtutum ⁊ meritoꝝ. Ecc. xxxvi. Oret ergo ſepe ſeruus beate virginis filium ſuum et dicat. Pone domine cuſtodiā ori meo ꝛc̄.

Quinta ſtella ſiue virtus ſerui beate virginis eſt ꝙ erit deuotus

Deuotus. eſt autem deuotio pius ⁊ humilis affectus in deū vel. b. vgineꝫ ex ↄtritōe generatus. Alr̄. Deuotō eſt teneritudo cordis vel mētis qua q̄s de facili ſ ſoluit in lacrimas. Hec eſt medulla holocauſtoꝝ: ſine qua om̄e holocauſtum ariduꝫ eſt. Vn̄. Holocauſta medullata offeram tibi. Alr̄. Deuotō eſt feruoꝛ bone volūtatis q̄m mēs cohibere non valēs certis manifeſtat indicijs. Hec diuidit in tria. In zelum. cōpaſſionem. ⁊ beniuolētiā. Zelus eſt dum p amoꝛe iuſticie defenſorē ſe vltro offert aius calumniā veritatis pati non ſuſtinēs. Cōpaſſio eſt qn̄ miſerijs alioꝛum ↄdolemus. Beniuolētia qn̄ ſpontanea volūtate beneficia rogāti ānuimus Dn̄t igit ſerui ⁊ laudatores. b. virgīs eſſe recti Cantico. i. Recti diligūt te. q2 rectos decet collaudatio. Rectus eſt cuius intētō ad deū pp̄ter deū dirigitur. Sunt em̄ qui laudāt deū vel mariam cum benefecerit eis: vel vt bn̄faciat eis. Quoꝝ laus ⁊ ſi tēdat ad deum vel mariam: tn̄ recipcat ad ipos. Unde yſa. lix. Semite eoꝝ incuruate ſunt eiſ. id ē r̄flexe ad eos. i. ad ſuū ↄmodum recuruate. Ois qui calcat in eis ignorat pacem. Itē moraliter. Anima bona non porrigit ſe ante vt p̄n̄tia bona ↄcupiſcat non retro vt ad an̄ acta mala p delectatōem reſpiciat. nō dextroꝛ

ſum vt in ꝓſperis ꝑ incõtinentiam ſe effun
dat:non ſiniſtrorſum vt in aduerſis ꝑ ipati
entiam excedat ſed ſurſum ꝓfert incremen
tum ſuũ.ſurſum habet cor vbi xp̄s eſt ĩ dex
tera dei ſedens. Et talis aĩa ſiue ſuus di
gne collaudat filium et mrẽm eius. Non
eñ vidꝛ rectus ſiue iuſtus vel de nũero p̄
deſtinatoꝝ ſed magis de numero reproboꝝ
rum qui marie ſpãliter ⁊ deuote non ſeruit.
Itẽ rectus ſiue deuotus eſt qui ñ curuatur
ad amorẽ terrenoꝝ.qḋ ſigñr in rectitudĩe
corꝑis hũani.qḋ rcm̃ eſt vt doceat ſpm̃ ſu
um rectitudiem.Vñ Os hoĩ ſublime de⁹
ꝛc̃.Ec.vij.Hoc inueni ꝙ deus fecerit ho
minẽ rcm̃ ꝛc̃.Ideo petit iuſtus.Spm̃ rcm̃
innoua in viſce.me.Btũs berñ.Ip̄a corpo
ris rectitudo ſuande.ſue ſpũalis rectitudi
nis ſignum eſt.⁊ decor limi:deformitatẽ ar
guit aĩmi.Et paulo poſt.Peruerſa res eſt
oculos habere ſurſum ⁊ internos ſenſus vl̓
affectus in terrã trahere deorſum.Et īfra.
Indigne humanũ corpus inhabitat brut⁹
⁊ beſtialis ſpũs.Querere ⁊ ſape que ſũt ſu
per terrã curuitas eſt aĩme. Meditari ꝯo
que ſurſum ſunt rectitudo illius Colo.iij.
Que ſurſum ſunt ſapite ꝛc̃. Quia eĩ rect⁹
eſt dñs debet rectus eſſe famulus.ſicut dic̃
p̄s.Quia rectus redẽptor debet redẽptus
eſſe rectus.Item p̄s.Quã bonus yſrl̓ de⁹
his qui recto ſunt corde.Recto corde ſunt:
qui eterna deſiderãt.et his bonus eſt deus
yſrael.Curuo corde ſunt qui tm̃ terrẽa de
ſiderãt.⁊ his non videt̃ deus bonus licȝ ſit
De primis dꝛ Trenoꝝ.iij.Bonus ẽ dñs
ſperãtibꝫ in eum: anime querẽti illum.De
ſecũdis dꝛ.Nolite ſperare in iniquitate ꝛc̃
Quidaȝ ſunt vt talpa que ñ põt viuere ni
ſi in terra.ſed iuſti ſunt vt aquila que videt
ſolem in rota.Deſpiciat ergo ſeruus bea
te virginis Marie temporalia ac medite
tur eterna tunc poterit domine ſue eſſe de
notus

Sexta ſtella ſiue ꝯtus ſerui.b.virgis ẽ
ꝙ erit taciturnus.

Taciturnus.qꝛ
in multiloquio pctm̃ non deerit

Exemplo glorioſe virginis:que nõ niſi ſe
ptem verba locuta legit̃ in euãgelio.Lege
⁊ imitare.Ideo a ſeruo ſuo rogãda ẽ aſſi
due maria.Pone dña m ea cuſtodiam orĩ
meo.⁊ oſti.circum.labijs meis.Nõ decli
nes cor meũ.i.nõ ꝑmittas inclinari a recti
tudine ꝯtutũ in verba malicie ad excuſan
das ꝛc̃.Iō ꝯuenit ſuis ei⁹ illḋ Ihere.viij.
Cõuenite ⁊ ingrediamur ciuitatẽ mũitam
que eſt maria munita om̃i genere ꝯtutum.
de q̄ dꝛ in p̄s Mãgn̄s dñs qm̃ mirificauit
mĩaȝ ſuã in cĩtate mũita.Sequit̃.Et ſilea
mus ibi.i.exẽplo illi⁹ abꝯĩ prauo ſermõe.

De taciẗnitate q̄ ſigni eſt ſapiẽ ꝯm̃dat
fili⁹ mrẽm Cã.iiij.Quã pulc̃ es aĩca mea.
ꝛc̃.ocli tuĩ colũbaꝝ extra taciẗnitatẽ tuã.i.
p̄ter.Ita dicit alia trãſlatõ quã ponit amb.
Tota eñ ſpũal̓ ⁊ ſimplex vt colũba.in c⁹
ſpẽ ſpũſſcũs viſus eſt deſcẽdere ſuper xp̄ȝ.
Lu.iij.⁊ Io.i.Non eſt eñ mediocris ꝯt⁹
tacere ſicut dicit Amb.⁊ iō de taciturnita
te ꝯmẽdat̃ maria que om̃ia verba ꝯferẽſ in
corde ſuo tacite conſuabat.Notorium eñ
eſt ⁊ vulgatum muliebrem ſexũ de multilo
quio ⁊ minori circumſpectione redargui.
Nec miꝝ cum ad primas ſuggeſtiones no
xias loquela penitus ſit adempta ſerpenti:
⁊ aliquatenus inbibita mulieri. Hic po
teris aſſignare de ꝓpera rñſione eue ſine di
ſcuſſione verboꝝ ſerpentis.vñ ortum ẽ om
ne malum.⁊ cogitatõe marie qualis eẽt ã
gelica ſalutatõ vñ ortũ ẽ oẽ bonũ.Btũs q̄ȝ
berñ.poſt maioꝝ cariſmata grãꝝ in oĩȝ ma
xĩa mlíeꝝ dei genitrice maria ꝯuitatẽ ſilen
tij dignis laudibꝫ p̄dicabat.Ip̄a etiaȝ dic̃
de taciturnitate ſua quaſi ſeip̄am ꝯmẽdãs
Ec.viij.Ego os regis obſuo.i.os meũ qḋ
eſt regiũ vt.ſ.nihil aliud loquat̃:q̄ȝ qḋ rgẽ
deceat ⁊ reginã.ſ.verba lenitatis ⁊ clemẽ
tie.verba pietatis ⁊ iuſticie. Ip̄a eſt eteniȝ
mulier ſenſata ⁊ tacita Ecc.xxvi.que ſede
bat ſolitaria ⁊ tacebat ⁊ leuabat ſe ſuper ſe
per contemplatõnem Trenorum tercio.c
Siquidem quia fuit ſenſata.i.plena ſenſu
et tacita non feminiflua.ſed loquens ĩ tem
pore ſuo.fuit tempus tacendi ⁊ tps loq̄ndi
ſicut dicitur Eccleſiaſtes,iij.c.Tempus

tacẽdi ei fuit ante mortẽ xp̃i loquendi poſt. Debuit tacere in pñtia verbi. nec radiare debuit luna pñte ſole: ſicut nec luna radiat in pñtia ſolis. Sed verbo obmuteſcẽte per mortem ipa debuit reuelare miſteria que ↄſeruabat in corde ſuo ↄtra ſcãdalum cru/cis. quia ſup omẽs nouit Uñ poterat dice re illud Yſa. xxiiij. Secretũ meum mihi ⁊c̃ Inde etiã turbata fuit in ſalutatõne angeli ca. quia ſilẽtiũ ſuũ quod valde amabat rñ/dendo infringere cogebat̃. Cogitabat eti/am qualis eſſet iſta ſalutatõ. Et vtinã mo/niales ⁊ recluſe ⁊ religioſe nr̃e ſorores. ⁊ p̃/cipue ſerui beate v̾gis tacẽdo cogitarẽt. q̃/mõ in iudicõ rñderẽt. vbi de oĩni v̾bo ocõ ſo reddituri ſunt homĩes rõem. Uñ in vi/taſpa. legit̃ ꝙ quidã ſenex vidẽs quendaʒ ridentẽ dixit ei. Corã celi ⁊ terre dño rõnẽ totius vite noſtre reddituri ſumus ⁊ tu ri des. Qui riſus cõiter ex multiloquio ꝓue nit. Abbas igit̃ agathon ꝑ triẽniũ tulit la/pidem in ore ſuo vt diſceret taciturnitatẽ Item frẽs dixerũt abbati pãbo ꝙ diceret aliquẽ ſ̾monem alexãdrino epõ ad ſe veni enti. Qui ait. Si in taciturnitate mea non edificat̃ neqȝ in ſ̾mone meo edificabitur. Aug. Loquela ſit in taciturnitate. tacit̃ni/tas in iocũditate. Climacus ſilẽtiũ ſiue ta/citurnitatẽ ↄmendans ita ait. Silẽtiuʒ in ſciã eſt mater oratõnis. a captiuitate reuo catõ. ignis cuſtodia. eps̃ cogitatõnum. in/tentio pugnatoꝝ. luct⁹ colligatõ. amicicia lacrimaꝝ. mẽorie mortis oꝑator. pene eter ne pictor. iudicij eterni diligẽs inquiſitor. meſticie miſter. ↄfidentie ꝓprie inimicicia. ⁊ trãquillitatis ↄiugalis cõiunctus. amoris docẽdi repugnator. ſcie additamẽtum. dei verboꝝ ↄditor. nõ apparẽs ꝑfectus. latens aſcẽſus. Cognoſcẽs delicta. tenuit linguaʒ q̃ vero multiloqu⁹ eſt nõdũ cognouit ſeipm̃ ſicut oꝑtet. Hec ille. Diligat ḡ ſ̾u⁹. b. v̾giĩ ſilẽtiũ ⁊ tacit̃nitatẽ. qꝛ ꝑ h̾ ñ ſolũ erit v̾tuo ſus. ſʒ ⁊ ſapiẽs reputabit̃. ꝓuerbioꝝ. xviij Stultus ſi tacuerit ſapiẽs reputabitur

¶ Septima ſtella ſiue v̾tus beate v̾gis eſt ꝙ erit feruens

Feruens. contra pigriciã. tepiditatẽ ⁊ neglĩam Dr̃ enĩ de ſapĩa ⁊ maria. Ecc̃. vi. Quaſi is qui arat ⁊ q̃ ſeiat accede ad eã i. ad ſ̾uitiũ eius ⁊ ſuſtine bonos fructus il lius. In oꝑe enĩ ipĩus exiguũ laborabiſ et cito edes de generatiõibꝫ illius. Sʒ piger ꝓpter frigus. i. torporẽ aĩ arare noluit. i. la borare. Mẽdicabit ḡ cũ fatuis virginibus in eſtate futuri iudicij ⁊ nõ dabit̃ ei vita e/terna. ꝓuer. xx. Cõtra deſides dꝛ ad hebr̃. vi. Nõ ſegnes efficiamĩ. veꝝ imitatoreſ eo rum qui ex fide ⁊ pacĩa hereditabũt ꝓmiſ/ſionem. Cõtra tepidos dꝛ Apoc. iij. Uti/nam frigidus eẽs aut calidus ⁊c̃. Beatuſ bern̄. Calidi ſunt ſpũalibꝫ feruẽtes deſide/rijs. frigidi horrore pctõꝝ ſuoꝝ ⁊ eterne dã natõis ↄſtricti. Has duas affectõnes ſci/mus ⁊ credimuſ optabiles ⁊ acceptabiles dño. Sed qꝛ tepidus es ⁊c̃. Tepidi ſũt v/triuſqȝ h⁹ affectõnis expꝑtes quales modo fere oẽs inueniũtur. Incipiã te euomere ex ore meo. i. a ſocietate fideliũ qui ſũt os dñi ſeꝑare turpiter ſicut qđ euomit̃ turpit̃ eij/citur. qđ eſt excõicatõ ſpũalis ¶ Alr̃ beat⁹ bern̄. Calidus feruore dilectõis. frigid⁹ tui ipĩus ↄſideratõne. Alr̃. Frigidus eſt qui ꝑ timore gehenne nõ peccat. Calidus queʒ a/mor dei peccare nõ ſinit. Tepidus quẽ nec timor terret nec amor inflãmat. Mirabiliſ dei pacĩa que multotiẽs euomitũ reſumit ꝑ mĩam. cũ de cibo euomito hoc nll's facere dignaret̃. Ideo dicit. ĩcipiam te euomere. Nõ incipit euomere. ſed nõ ꝑeuomit ni/ſi in morte Itẽ ĩ hoc ꝙ dic̃ ĩcipiã q̊dammõ p̄munit tepidũ vt p̄caueat ſibi. qđ eſt mĩa magna. De negligẽtibꝫ dꝛ Iheremi. xviij. Maledcẽs q̃ fac̃ op⁹ dei negligẽter Alia lit tera di. fraudulẽter ¶ Laudes ḡ ⁊ ſ̾uitiuʒ be. v̾gĩs ſ̾u⁹ ipĩ⁹ dʒ feruenter ĩplere ne ab ipã ꝺ negligẽtia lꝫ fraudulẽtia poſſit accuſa ri. ꝓuer. iiij. Arripe illã. i. ſapĩaʒ vel mariaʒ ad ſ̾uiẽdũ ei. ⁊ exaltabit te a terrenis ad ce leſtia et glorificaberis ab ea cum eam fuerꝭ amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum. et corona inclita proteget te.

Arripe illā.i.ad te cape.vel arripe cito ⁊ q̄ſi violēter ſicut res diu deſiderata quaſi cum violētia ⁊ quodam impetu ſolet apprehēdi Vel arripe ſicut auis nobilis predam nobiliſſimam ⁊ eſcā ſuauiſſimam. Ideo em̄ filius ſubleuauit matrē ad celos vt nos ad ſe traheret. Sequit̄. Et exaltabit te ab imo vicioꝝ ad alta ꝟtutum.a terra ad celum. Et glificaberis ab ea cum eam fueris āplexatus quaſi rem amatam.amplexatus q̄ſi ſcꝫ duobꝫ brachijs amore ⁊ ſuitio. Sequit̄. Dabit capiti tuo.id eſt mēti que eſt caput aīme augmēta grāꝝ ſpūalium corꝑalium ⁊ tꝑalium.⁊ corona inclita ex roſis caritatis ⁊ pacīe.ex lilijs caſtitatis gemine.ex violis hūilitatis ⁊ tꝑantie.ꝓteget te.quia ꝑ hāc triplicē ꝟtutem ꝓtegit̄ homo ab inſultibꝫ viciorꝫ ⁊ demonū.ibidem. Ne dimittas eam ⁊ cuſtodiet te. Dilige eam ⁊ ſeruabit te. Ne dimittas eam quaſi addorſādo eam ꝓpter meretriceas voluptates. Vl̄.ne dimittas eam.i.ne effugies eam peccando mortal̄r.q2 nō recedit a ſeruo ſuo niſi ꝓpter mortl̄e pctm̄. Ipa eſt em̄ apis. Eccl̄ia.ix.c quā fugat fex peccati. Et cuſtodiet te a violētia dyaboli. Dilige eā ⁊ ſeruabit te a peccato ⁊ hoſtiū oppreſſione ¶ Unde ad continuādū.et deuotiſſime celebrādum ſeruitiū beate ꝟginis valet illud exēplū qꝺ narrat petrus damianus de q̄buſdam religioſis: qui ad ſuggeſtiōem cuiuſdā ꝑuerſi fratris dicacis ⁊ accurate eloquētie dimiſerāt ſeruitium.b.ꝟginis. Et ſtatim dimiſſo ſeruitio eius oīmoda infortunia ceꝑunt īſurgere ꝯtra frēs illos incēdia.deꝑdatiōes.ſtrages hoīm.mortalitas aīalium.⁊ hmōi:ita ꝙ de vita deſparēt fratres illi ⁊ tederꝫ eos viuere. Quā cito aūt ſcꝫ ꝯſiliūꝫ dicti petri reinceꝑunt frēs illi ſuitiū marie. ceſſauit ab eis dicta quaſſatō.⁊ multa deīceps pace ⁊ ꝓſꝑitate gauiſi ſunt frēs illi: toto corde de cetero marie feruēter ſuiētes. Attēdat hoc exēplū ſuuſ.b.virgīs.et ex toto corde ſtudeat ītēdere ſuitō eiꝰ ⁊ in eo ꝑſeuerare.

¶ Octaua ſtella ſiue virtus ſerui beate virginis eſt ꝙ erit humilis

Humilis.vt cū omīa bn̄ feceris ad honorē illius dicas ei. Seruꝰ inutil̄ ſum Lu.xvij. Miſter em̄ ꝺr q̄ſi mīoris ſtatus: miſtrare quaſi minorē ſtare in quo notatur hūilitas. Vel miſter quaſi nimis territus ſcꝫ ꝑ timorē qui frater eſt hūilitatis. Cuꝫ em̄ ſimus pauꝑes ⁊ egeni viles ⁊ humiles de natura noſtra necē eſt vt pauꝑtatē nr̄aꝫ ⁊ humilitatē ꝓ xp̄o volūtarie aſſumamus maxīe cū delectabil̄r ſit āplectēdū qꝺ naīe eſt ꝯſonum. Et hec naīe nr̄e valde ſunt conſona.q2 pauꝑes ⁊ viles naſcimur et morimur. Exēplo etiā dn̄i nr̄i qui cū diues eēt factus eſt pauꝑ cū dn̄s oīm ſuire voluit vniuerſ. Hāc etiā humilitatē.b.ꝟgo in ſermone ⁊ voce hūit.cū audita magnitudīe et multitudīe ꝓmiſſoꝝ.quas ei āgelus faciebat rn̄dit tāq̄ȝ humillīa mulieꝝ. Ecce an. do.ſi.mi.⁊c. In opeꝗ n̄ vicꝫ elizabeth cognate ſue minori ſe miſtrauit. In hoc etiā ꝙ ſcꝫ legē purgari n̄ erubuit:lꝫ purgatiōe non egeret cum de viro nō ꝯcepiſſet. Nouerat em̄ ꝙ qui facit ſuꝑbiā nō hītabit in medio domus dei. De hac humilitate beatus Gre.in omelia dn̄ice quarte aduētus dn̄i ſcm̄ iohānem ita ꝯmēdat di. Ecce Iohānes ꝓphetie ſpū plenuſ mira ſcīa emicat ⁊ tamē illud de ſe innuit qꝺ ignorat cū dic̄ cuius non ſum dignus corrigiā calciamētī ſoluere. Qua in re nobis penſandū ē frēs cariſſimi ⁊ tota intentōe cogitādū qūo ſancti viri vt humilitatis in ſe ꝟtutem cuſtodiāt cū q̄dā mirabil̄r ſciūt illꝺ aū mētꝭ ocl̄os ſtudēt īuocare qꝺ neſciūt.vt dū ex ꝑte aliqua infirmitatē ſuā ꝯſiderāt.ex ea ꝑte q̄ ꝑfectꝰ ē eoꝝ ſe aīmꝰ n̄ extollat. Scīa etenim ꝟtꝰ eſt.hūilitas ec̄ cuſtos ꝟtutis. Reſtat ḡ vt in oē qꝺ ſcit ſeſe mēs deprimat.ne qꝺ ꝟtus ſcīe ꝯgregat vētꝰ elatōis tollat. Cum bona frēs agitis ſꝑ ad mēoriā male acta reuocate.vt dū caute culpa ꝯſpicit̄ nūq̄ȝ de bono ope incaute aīmꝰ letet̄. Suꝑiores īuicē eos maxīe q̄ vob ꝯmiſſi nō ſunt proximos vrōs attēdite.q2 ⁊ q̄s agere aliq̄ praua ꝯſpicitis que in eis lateāt bona neſcitis

Magnus ergo eſſe vnuſqſqꝫ ſtudeat. ſꝫ tñ aliquo mõ eſſe ſe neſciat. neduꝫ ſibi magnitudinem arroganter tribuit amittat. Hinc etenĩ ꝓpheta dı. Ve qui ſapiẽtes eſtis ĩ oculis veſtris ꝛ coram vobiſmetipſ prudẽtes. Hinc paulus ait. Nolite eẽ prudẽtes apud voſmetipſos. Hinc ꝯtra ſuꝑbientem ſaul dr. Cum eẽs ꝑuulus in ocul tuis: caput in yſrl factus es. Ac ſi apte diceretur. Cum tu te ꝑuulum ꝯſpiceres: ego te p̃ ceteris magnũ feci. qꝛ vero tu te magnũ conſpicis a me ꝑuus eſtimaris. Quo contra dauid cũ regni ſui potẽtiaꝫ corã archa dñi ſaltãdo deſpiceret dixit. Ludã ꝛ vilioꝛ fiam plus q̃ꝫ factus ſum. ꝛ ero humil ĩ ocul meis. Quẽ enĩ nõ extolleret oꝛa leonũ frãgere. vrſoꝝ brachia diſſipare. deſpectis prioribꝫ fratribꝫ eligi reprobato rege ad regni gubernacla vngi. timẽdum cũctis vno lapide goliam ſternere. a rege ꝓpoſita extinctis allophilis numeroſa p̃pucia reportare. regnum ex ꝓmiſſione ꝑcipe. cũctũqꝫ yſraeliticũ ꝑplm ſine vlla poſtmodũ ꝯtradictõne poſſidere. Et tñ in cũctis ſe deſpicit qui in ſuis oculis ſe eſſe humilẽ confitet. Si igit ſancti viri etiã cum foꝛtia agũt: de ſemetipſ vilia ſẽtiũt. qd in ſui excuſatõe dicturi ſunt qui ſine ope vtutis intumeſcũt. Sed ꝛ ſi quelibet aſſint oꝑa nulla ſunt niſi ex humilitate ꝯdiant. Miranda q̃ꝑpe actio cum elatõe. non eleuat ſed grauat. Qui enĩ ſine humilitate vtutes ꝯgregat: in vẽto puluerem poꝛtat. ꝛ vnde aliq̃d ferre cernitur: inde deterius cecat. In cũctis ergo que agitis fratres mei radicẽ boni oꝑiſ humilitatem tenete. nec quibꝫ iam ſuꝑioꝛes ſed quibꝫ adhuc inferioꝛes eſtis aſpicite. vt dum melioꝛa vobis exempla ꝓponitis. ad maioꝛa ſemꝑ aſcẽdere ex humilitate valeatis. Hec ille. Hãc igit reglam ſeruus beate virginis Marie. ſicut et ipſa tenere ſtudeat. vt ſic cum ea in eternum exaltari valeat.

¶ Nona ſtella ſiue virt⁹ ſerui beate virgĩs eſt ꝙ debet eſſe pius.

Pius. qui eniꝫ ad bñplacitum ſuũ fuire deſiderat mr̃i pietatis ꝛ mĩe: ncc̃e eſt vt ꝛ ĩp̃e ſit pius ꝛ miſericoꝛs. cuꝫ ip̃a ſit refugiũ miſ̃icoꝛdiũ ꝛ auertat illos mĩe oculos ab eo quẽ viderit ĩmiſ̃icoꝛdẽ. cum tal vir aut mulier ſit omnĩo ei diſſimil. Si ei manus tua vacua fuerit ab oꝑibꝫ mĩe factis ad honoꝛẽ ip̃i⁹ qua irreuerẽtia ab ea miſericoꝛdiã flagitare p̃ſumes. Quapꝛopter ſciẽdum ꝙ pietatẽ humanã ſuadet natura. Omnes enĩ homĩes vnius nature ſumus. Quãobꝛẽ penes omnes pietatis oꝑa ſũt exhibenda. Vñ Sen. in tyeſte. Nlla vis maioꝛ pietate. Vex eſt. Quoſcũqꝫ enĩ ver⁹ amoꝛ tenuit hos pietas tenebit. q. dic̃. ꝙ hi alios nõ amãt niſi pietatis offõ eos ꝯfoueant. Attẽdamus enĩ quoniam qui pius eſt aliis: pietatẽ ꝓ ſeip̃o impetrat. vñ Valeri. lib. v. Humanitatis inq̃t dulcedo ꝛ iſ̃rena ta barbaroꝝ ingenia penetrat. ꝛ oclos hoſtium mollit. ꝛ inter diſtrictos mucrones placidũ iter repit. Nulla inquit acerbitate foꝛtune. null ſoꝛdibꝫ p̃ciũ hũanitatis erubeſcit. Vñ ibidẽ de q̃dam muliere narrat que apud tribunal capitali crimĩe dãnata ĩ carcere necãda fuit. Sed carceris cuſtos pietate motus non eam ꝓtinus ſtrãgulauit: p̃fateqꝫ mulieris filiaꝫ ip̃am adire ꝑmiſit ſic tamẽ vt nlls cibꝫ ei miſtraret. Trãſactiſ aũt pluribꝫ diebꝫ mirabat carceris cuſtos quare mlier non moꝛeret. Sed anĩaduertit ꝙ filia ſua ſuo vbere mrẽm ſuſtentabat. Que pietas cuꝫ iudicibꝫ ĩnotuit p̃fate mulieri veniam impetrauit. Nil igit ꝓpicius vt delictoꝝ venia obtineat q̃ꝫ pietatiſ exercere oꝑa ſeu opem impendere ꝓut caritas exigit. Tullius in rhetoꝛica pꝛima. Pietaſ eſt ꝑ quã ſanguĩe ꝯiũctis: patrieqꝫ beniuolis offĩn ꝛ diligẽs cultus tribuit. Vñ narrat Valerius ꝙ cum quidam adoleſcens accenſus eſſet amoꝛe filie cuiuſdam tiranni: contigit ꝙ ſibi publice obuiant publice oſculatus eam fuit. Pꝛefati igit tirãni vxoꝛ ſuadebat vt capitali ſupplicio puniretur Cui tirãnus. Si eos inq̃t qui nos amant

interficimus.quid his faciemꝰ quibꝰ odio
ſumus. Hec eñi vox tyranni de humanita
te manauit. In hũc itaqꝫ modũ filie tulit ĩ
iuriã ⁊ multo laudabiliꝰ luam . Igit̃ illi ſe
hoĩes nõ dicant qui pietatẽ humanitati de
bitam nõ habẽt. Nõ debet putari magnitu
do animi ꝟtus ſed crudelitas ſi comes nõ
fuerit pietas. Vñ Tulliꝰ libro.i.de officijſ
Porro magnitudo animi remota ꝯiũctio-
ne ⁊ pietate humana feritas quedã ⁊ ĩma-
nitas eſt. Et ibidẽ li.iij. Sicut quedã mẽ-
bra amputant̃ ſi languere ⁊ ſpũ carere inci
piunt ne noceãt reliquis ꝑtibus corꝑis. ſic
in figura illa homĩs feritas et inhumani-
tas belue a cõmuni humanitate ſegregãda
eſt. Nã pietate humana cõdicio cõſeruat̃.
⁊ indignatꝰ homo mitigat̃. Nã teſte oracõ
in epl'is. Nemo adeo ferꝰ qui nõ miteſce-
re poſſit. Itẽ ex ꝓuerbijs ſapientũ. Opti
mũ eſt ſemꝑ ignoſcere tanqꝫ ſi ipẽ q̃tidie
pecces. Res inq̃t magne clemẽtie eſt ĩdul-
gendo pctã potius q̃ꝫ iudicãdo corrigere.
His aũt ꝑcipue indulgẽdũ eſt quibꝰ adeſt
ſincera: veniã petẽdi humilitas. Vñ ouidi
us libro.v.de teſtibꝰ. His ꝑcor exemplis
tua nunc fortiſſime ceſar. Fiat ab ingenio
mollior ira meo. Ira quidẽ iuſta ſꝫ nec me-
ruiſſe negabo. Sed niſi peccaſſem quid tu
cõtendere poſſes. Materiã venie: ſors tibi
noſtra dedit. Si quotiẽs peccãt hoĩes: ſua
fulmina mittat. Iupiter: exiguo tẽꝑe iner-
mis erit. Ex his ꝓboꝝ dictis diſcat ſeruuſ
beate ꝟginis pietatẽ colere. maxime cũ ip
ſa ex ſua humanitate: pia ⁊ dulcis meruit
nomĩari. Vñ Berñ. Quid ad mariã acce
dere trepidat hũana fragilitas. Tota ſua-
uis eſt ⁊c̃. Vñ Cañ.vi. dicit ei filiꝰ. Pul-
cra es amica mea ſuauis ⁊ decora. Quam
ſuauitatẽ recolere ⁊ collaudare debemꝰ iu-
giter iuxta illud ꝑs. Memoriã abundãtie
ſuauitatis tue eructabũt ⁊c̃. Propter hãc
ſuauitatem dicitur ei ab eccleſia. Specio-
ſa facta es ad intuendum. et ſuauis ad tan
gendum. ĩ delicijs tuis ſancta dei genitrix

¶ Decima ſtella ſiue virtus ſerui bea
te virginis eſt q̃ erit patiens.

P Atiens ad con
tumelias verboꝝ. vt ꝓ honore
ipiꝰ patiẽter toleret ſubſannatõ
nes impioꝝ. et bibat exẽplo Iob.xxx. ſub-
ſannationẽ ſicut aquã. Nec rñdeat ꝯtume
lioſis. quia ſeruũ dei vel ipſiꝰ marie ñ opor
tet litigare. ſed manſuetũ eſſe ad oẽs. ſcd̃a
Thi.ij. Itẽ ad damna rerũ temporalium.
vt dicat cũ Iob.i.c. Dñs dedit dñs abſtu
lit. Item ad leſionẽ membroꝝ. Et hec pati
entia ꝑfectior eſt duabꝰ primis. Hãc exhi
buit xp̃s dicens. Corpꝰ meũ dedi ꝑcutien
tibꝰ ⁊c̃. Itẽ ad angarias opeꝝ Mathei.v.
Quicũqꝫ te angariauerit ⁊c̃. Itẽ ad tribu
lationes q̃ nobis infert caro noſtra Iaco.i.
Beatꝰ vir q̃ ſuffert temptatõꝫ ⁊c̃. Iteꝫ ad
cõtemptũ mũdi. vt poſſit dicere filio ⁊ ma
tri. Propter te ſuſtinui opprobriũ. Itẽ ad
egritudines corꝑales vt dicat cũ Iob.vi
Quis det vt veniet petitio mea. ⁊ qđ expe
cto tribuat mihi deꝰ. ⁊ q̃ cepit ipẽ me cõte
rat. Soluat manũ ſuã ⁊ ſuccidat me. ⁊ hec
ſit ꝯſolatio mea. vt affligẽs me dolore non
ꝑcat. Grego. Dei miſericordia agit̃ ut pe-
na culpã ſequat̃. ⁊ vis doloris ſit cã ſalutiſ
Et quia beatꝰ. ergo tu qui corripis ſi vis eſ
ſe beatꝰ increpationẽ dñi ne reprobes. ⁊ ꝯſe
queris ſex fercula que ꝓmittunt̃ Iob.v.
vbi dicit̃ ei. Beatꝰ homo q̃ corripit̃ a dño
Increpationẽ ergo dñi non reprobes quia
ipſe vulnerat ⁊ medet̃: ꝑcutit ⁊ manꝰ eius
ſanabunt. In ſex tribulationibꝰ liberabit
te. et in ſeptima non tanget te malũ. In fa
me eruet te de morte ⁊ in bello de manu gla
dij. A flagello lingue abſconderis. et nõ ti
mebis calamitatem cũ venerit ¶ Vbi no
ta q̃ ſex bona facit hec correptio. ¶ Quia
ipſa vulnerat carnem ⁊ medet̃ aĩe Eccĩ.
xxxi. Infirmitas grauis ſobriã facit aĩam.
Et medetur. viſitatione vel gaudioꝝ infu
ſione. ¶ Percutit ⁊ manus eius ſanabũt
quia percuſſiones eius ſunt ſanatiões Vn
de dicit. Ego occidam ⁊ ego ⁊c̃ ¶ In ſex
tribulationibꝰ ſcꝫ huius mundi liberabit te
⁊ in ſeptima que erit in iudicio nõ tãget te
malũ ¶ In fame. i. ĩ corꝑali ĩedia eruet te d̃
morte pcti ⁊ gehẽne. mortẽ ĩduxit ꝯmeſtio

¶ Undecimà ſtella

illicita.et a morte eruit dñs in penuria cibi
⁊ potus ¶ Et in bello contra tres hoſtes ð
manu gladij.i.de poteſtate pcti̅. Eccl̅i.xxi.
Quaſi rumphea bis acuta oīs iniquitas.
¶ A flagello lingue maloꝝ abſcōdeꝛ̄.glo
ſa.liberaberis.Uel lingue.i. ſentētie domi
nice.⁊ nō timebis calamitatē cum venerit
Ex p̄dictis igiť patet vtilitas tribulatiōis
et correptōis.Uñ ſicut in vitaſpatꝝ legimꝰ
cū quidā frater reqſiſſet ſenē dicēs. dic mi
hi rem quā cuſtodiā ⁊ ſaluer ꝑ ip̄am.rñdit
ei.Si potuerꝫ ſufferre iniuriā ⁊ afflictꝰ cō
uicijs ſupportare ⁊ tacere.magna ē hec res
ſuꝑ alia mādata.Ibidē.Quidā frater dū
ab alio iniuriareť venit ⁊ nūciauit ſeni Cui
ille rñdit Satiſfac cogitatōi tue qm̄ ñ vult
te iniuriari ſꝫ peccata tua ſumit.Nā in om
ni tēptatione que te ꝯtingit ꝑ hoīem ne ar
guas eū ſed dic.qꝛ ꝓpter pctā mea hꝰ mihi
contingit ¶ Interrogantibꝰ quibuſdā fra
tribꝰ abbatē moyſen ſermonē.ille exhorta
tus eſt diſcipulū ſuū vt eis aliquid diceꝛ
Tunc ille palliū ſuū depoſuit ſub pedibꝰ ſu-
is dicens.Niſi quis ſic fuerit cōculcatus
monachus eſſe nō poteſt ¶ Abbas mach
arius dicebat. Ille verꝰ eſt monachꝰ ſiue
ſeruus beate v̄ginis q̄ ſe in omnibꝰ vincit.
Nam ſi aliū arguens ad iracundiā moueť
quis ꝓpriam paſſionē implet. Nec em̄ ē lu
crum vt alterū quis ſaluet ⁊ ſeipſum debe-
at ꝑdere.Boetiꝰ libro de ꝯſolatōne. Ego
plus hominibꝰ reoꝛ aduerſam q̄ꝫ ꝓſperam
ꝓdeſſe fortunā. Illa ſemꝑ ſp̄em felicitatis
blanda mentiť: hec ſemꝑ vera eſt. Illa fal-
lit hec inſtruit.Poſtremo felix a vero bono
blandimētis deuios ducit.aduerſa pleꝝq̄ꝫ
ad vera bona reducēs vnco retrahit. Ideꝫ
Illata iniuria nō accipiētis.ſed inferentis
miſeria eſt.Unde ſocrates dicebat.Quiſ-
quis volet tibi cōtumeliā faciat ⁊ iniuriā.
tu tamē nihil patieris.ſi modo tecū erit v̄
tus.Habeat ergo ſeruꝰ beate virginis pa-
tientiam in aduerſis.et iuxta ſententiaꝫ ſal
uatoris noſtri in patientia poſſideat ani-
mam ſuam

¶ Stella vndecima ſiue virtꝰ ſerui b.v̄gi
nis eſt q̄ erit honeſtus

HOneſtus ſiue
modeſtus vt ſeruus beate v̄gi
nis nō ambulet in magnis nec
in mirabilibus ſuꝑ ſe.ſed modeſtia eiꝰ no-
ta ſit omnibꝰ hominibꝰ ad Phil.iiij. et ſu
am dominā in hac virtute imiteť. Si em̄
cōpoſitus miles cōpoſitā debet habere fami
liam.ſicut dicit Hiero.multo fortiꝰ regina
paradiſi.Eſt autē modeſtia modū tenere ī
omnibꝰ.ſ.in verbis.qꝛ tp̄s tacēdi ⁊ tp̄s lo-
quendi Eccl̅s.iij. Prouer.xvij. Qui mo
deratur ſermones ſuos doctus ⁊ prudens
eſt. In veſtibꝰ et cibis.vt habētes alimēta
nō delectamēta.et quibꝰ tegamur.non or-
namēta.his cōtenti ſimꝰ.i. Thi.vi.Mo-
deſte igiť ac honeſte et mature in omnibus
moribꝰ ſuis ſeruꝰ b.v̄gis ſe habeat ut ī oībꝰ
motibꝰ ſuis nihil fiat q̄ð cuiuſq̄ꝫ offendat
aſpectū.Ut em̄ quidā ait. Decet verū dei
cultorē et ſeruū b.v̄ginis in inceſſu pedum
in aſpectu ⁊ dep̄ſſione oculoꝝ. in ꝓlatōne
verboꝝ.in ſimplicitate veſtimētoꝝ.in vili-
tate ciboꝝ.in omni grauitate moꝝ: effigiē
ſanctitatis intuentibꝰ p̄ferre.vt nihil appa
reat in eo q̄ð poſſit offendere intuētes.Nā
ſm̄ Ariſto.virtuoſus ē mēſura oīm huma
naꝝ cōuerſationū.Et oportet ſctōs hr̄e te
ſtimoniū ab his q̄ foris ſunt vt ſint chriſti
et matris eiꝰ bonꝰ odoꝛ in omī loco.vt nec
mali habeāt q̄ð rep̄hēdāt ī nob̄.Cognoſcū
tur ei interiora nr̄a ꝑ exteriora .et q̄lis ſit ī
terioꝛ hō in exterioꝛi ꝓbať.Uñ Amb̄.li.de
officijs.Eſt in ip̄o motu geſtu ⁊ inceſſu te
nēda verecūdia.Habitꝰ em̄ mētis ī corpiſ
ſtatu cerniť ⁊ corpis motus vox ē q̄dā ani
mi. Licet igiť ut idē dic̄ interdū honeſta io
ca ſuauia ſint.tm̄ ab eccl̅iaſtica aberrant re
gula.Nec ſolū ꝓfuſos. ſꝫ etiā oēs iocos ar
bitroꝛ eſſe declinādos.Hec ille. Uñ apl̅ꝰ
ad Phil.iiij.Modeſtia vr̄a ⁊c̄.vt ſup̄.Et
ſeq̄ť.De cetero frēs. q̄cūq̄ꝫ ſūt v̄a. q̄cūq̄ꝫ
iuſta.q̄cūq̄ꝫ pudica.q̄cūq̄ꝫ ſctā.q̄cūq̄ꝫ ama
bilia.q̄cūq̄ꝫ bone ꝯſcīe.ſi q̄ v̄tꝰ ſi q̄ laus di
ſcipline.hec cogitate.⁊ q̄ didiciſtꝫ ⁊ q̄ acce
piſtꝫ ⁊ audiſtꝫ ī me.hec agite.⁊ deꝰ pacꝫ erit
vobiſcū.Uñ Cypri.Quis tā ſtultꝰ ē ut eū
dicat ſapiētē,cuiꝰ vita eſt diſſoluta mala ⁊

enormis. Omnis eñi diſſolutio ex inſipien/
tie radice manat. Ariſtippus ph̄us interro
gatus q̄d ſibi ſtudiū ph̄ie ꝓficeret. reſpon/
dit. vt ſciam in omnibꝫ ſecure ⁊ intrepide
fabulari ⁊ honeſte cōuerſari. Iſidoꝛ⁹ libro
ſoliloquioꝝ. Profeſſionē tuā habitu et in
ceſſu demonſtra. Sit in geſtu grauitas. in
inceſſu honeſtas. nihil laſciuie. nihil dede/
coris. nihil petulātie. nihil inſolentie. nihil
leuitatis ī inceſſu tuo appareat. Moꝛes ho
minis lingua pandit. Qualis eñi ſ̄mo oſtē
ditur. tal̄ et anim⁹ cōpꝛobatur. Hec ille.
¶ Ad honeſtā cōuerſationē hoꝛtat̄ nos ab
bas Iſaac dicēs. Decet monachū ⁊ pꝛeci
pue ſeruū beate v̄ginis in omnibꝫ rebꝫ ſu/
is formā humilitatis habere ut ex m̄ltis v̄
tutibꝫ ei⁹ fulgentibꝫ ſicut radijs ꝓſpiciētes
inimici veritatis. etiā inuiti cōfiteant̄ ꝙ ſit
xp̄ianis certa ſpes ſalutis. et tanꝗ̄ refugiū
vndiq̄ ꝯcurrāt ad eū. ⁊ cornu ecc̄ie exaltet̄
cōtra inimicos ſuos. ⁊ multi moueant̄ ad
virtutꝫ zelū. et recedant a ſeculo. ip̄eq̄ fiat
venerabilis ex pulcritudine ꝯuerſatōis ſue
Decet itaq̄ monachū pulcros h̄re geſt⁹
ex omni ꝑte ſui ꝑ̄ter multa⁊ viſibiliū certiſ
ſimā pꝛiuationē reꝝ. omnimodū carnis cō
temptū. altū ieiuniū. cōſtantiā quietudinē
tꝑantiam ſenſuū. viſus cuſtodiā: omniūq̄
membꝛoꝝ. et in rebꝫ hui⁹ ſeculi abſtinētiā
bꝛeuitatē in verbiſ mulierū. in recoꝛdatōe
mundiciā. cū diſcretiōe ſimplicitatē. ſcire
ꝙ hec vita ſuꝑflua ſit ⁊ inanis. ⁊ ꝙ ꝓpe eſt
illa vita ſp̄ualis ⁊ vera. Nō ligare ſeipſuꝫ
amicicijs ⁊ vnioni hoīs alicui⁹. habere locū
habitatōis tranquillū. fugere hoīes. ⁊ inde
ſinenter ꝑmanere in oꝛōibꝫ. nō habere am/
bitionē nec gaudere xenijs. nec ligare ſeip
ſum amoꝛe hui⁹ vite. temptatōes viriliter
ſuſtinere. alterari a mūdanis affectibꝫ. ⁊ in
terrogatiōe reꝝ ip̄aꝝ. cōtinue curare ac me
ditari in regione v̄itatis. Habere vultuꝫ
pallidū ⁊ rugoſum. lacrimari nocte dieq̄.
et plus his omnibꝫ diebꝫ cuſtodire ꝓpꝛiaꝫ
caſtitatē. eſſe mundū ab ingluuie vētris. et
a paruis etiā ⁊ a magnis. He ſunt virtu/
tes monachi ſub cōpendio dicte. q̄ ſibi teſti
moniū ꝑhibent de omnimoda moꝛtificatō
ne ſua in mūdo ⁊ ꝓpinq̄tate ei⁹ ad deū. De
cet ergo ſeruū beate v̄ginis de his curam
ſemper gerere ⁊ oꝑe implere. Hec abbas
Iſaac.

¶ Duodecima ſtella ſiue virtus ſ̄ui beate
v̄ginis eſt ꝙ erit ꝯſtans ⁊ ꝑſeuerās

Constans ⁊ per
ſeuerans. Beata virgo volēs
nos obtinere victoꝛiā vt perue
niamus ad coꝛonā. ſciens quia non coꝛona
bitur niſi qui legitime certauerit. i. Thi. ij.
Procurat foꝛte bella et temptatōnes ama
toꝛibus ſuis. et ipſos quādoq̄ ꝑmittit tri/
bulari. ſed facit cū temptatione pꝛouentuꝫ
vt valeant ſuſtinere. i. Coꝛ. x. et eis virtu
tem subminiſtrat vt ſic ꝑueniant ad coꝛo/
nam. Nā ipſa eſt que ꝑ̄cibus ſuis meritis
et exemplis dat laſſo virtutē. et his qui nō
ſunt ſ̄m ſuā reputationē. i. humilibus foꝛ/
titudinem ⁊ robur multiplicat. Iſa. xl. Id
circo de ipſa pōteſt intelligi illud Sapie. x
Certamē foꝛte dedit illi. id eſt. amatoꝛi ſuo
vt vinceret et coꝛonam acquireret: que ſo/
lis victoꝛibus temptationū pꝛomiſſa eſt. et
ſciret per experientiā quoniā omniū poten/
tioꝛ eſt ſapientia. id eſt. maria. que empha
tice dicitur ſapientia. ¶ Foꝛtitudo igitur
ſiue conſtantia ut Macrobius libꝛo pꝛimo
ait. eſt animū ſupꝛa periculū erigere. nihil/
q̄ ſibi niſi turpia metuere. foꝛtiter tolerare
aduerſa. et humiliter pꝛoſpera. Qui enim
hac virtute caret: nullā in ſuis operibus ꝓ
ſperitatem obtinebit. Nā per ipſam cōſtā
tiam ſiue perſeuerantiā martyres pꝛeualu
erunt. confeſſoꝛes ⁊ monachi vſq̄ ad obi/
tum perſeuerauerunt et pꝛincipibus domi
nari meruerunt. ¶ Mattheus quoq̄ v̄gi
us ſingulari facundia et ſermonis elegan/
tia perſeuerantiā cōmendans ita ait. Non
eſt aliqua virtutū tam inſignis ⁊ excellēs.
que ſine hac q̄ſi oīm nutrice laudē aliquaꝫ
ꝯſequat̄. que ſi hac virtute careat. pulcritu
dinem vllā habere videatur. Hāc oēs v̄tu
tes colūt ⁊ venerantur. hanc oēs ⁊ matrem
⁊ magiſtrā ⁊ ducē ⁊ dn̄am vno oꝛe ꝯfitēt̄.
huic oēs inclināt colla ⁊ ſubiite famulant̄

Duodecima ſtella

Hec ipſum ſaluatorē noſtrū ieſum xp̄m ſuperata crudeliſſima imaniſſimaqꝫ morte ꝓcultatoqꝫ baratro ad celos gl'ioſum euexit Hec apl'os glorioſos fecit. Hec auguſtinuʒ ⁊ hieronymū. Hec cūctos ſacre doctrine doctores ſublimauit. Hec laurentiū atqꝫ reliquam innumerabilē martyrū turbaʒ exaltauit. Hec coronauit virgines. extulit viduas. illuſtrauit confeſſores Hec monachos. hec ſanctos ſacerdotes. hec ſuos beate virginis beatos in eternuʒ effecit. Hec heliſeo ſuſcitandi a morte puerū virtutem dedit. Hec helyam curru igneo in celuʒ tulit. Hec iob ſummā virtutē cunctis oſtendit. Hec abraaʒ ſanctificauit. Hec ioſeph egyptiace famē ꝑfecit. Hec moyſen deo cōiunxit. Hanc quoniaʒ populꝰ quē ducebat cōtempſit grauibꝫ ideo ſepe malis afflictꝰ eſt. Hanc quoniā dereliquit ſaul et regno ſimul eſt priuatꝰ et vita. Ablate ſamſon vires. ſalomoni ſapientia. damnatus iudas. detruſus in eterna ſupplicia iulianꝰ apoſtata. Pulſi ex paradiſo primi parentes. priuati celo ſuperbiſſimi demones. in infernaqꝫ abyſſū irreuocabili ſnīa dimerſi Hāc centra celi ⁊ ſidera que nunqꝫ a curſu ſuo ceſſant ꝯfiteri vident̄. Hāc terra que nūqꝫ parca eſt: alimēta in vſus hominuʒ ꝓferre recognoſcit. Huic mare et flumina q̄bus ē continuꝰ ſemꝑ fluxꝰ obtemꝑant. Huic cūcta deniqꝫ elemēta que nunqꝫ pigra. nūqꝫ feſſa: neceſſitates adiuuāt hūanas: aſſidue obſequūtur. Hec puerū decet. iuuenē commendat: in ſene neceſſaria ē. in virꝭ pulcra. in feminis admirāda. Hec egrotis ꝯſolationē. valentibꝫ affert iocunditatē. egenteſ paſcit. opulētos cōtinet. ſobrietati cōſulit. amicicias cōfirmat. diſcordias ſedat. lites fugat. odia extirpat. ſcandalis obuiat. lingue impetū cōpeſcit. ac ante omnia demonum inſidias ⁊ fraudes detegit. et eorū audaciam ꝓſternit. Hec ille. Itē de ꝑſeuerātia ſanctꝰ Bern̄. Perſeuerātia virtutū ſola coronat̄. ꝑſeuerātia ſola meret̄ virtutis gl'iam. coronā virtutibꝫ. Prorſus abſqꝫ ꝑſeuerātia nec q̄ pugnat victoriam. nec palmam victor cōſequit̄. Uigor omniū virtutum ⁊ cōſummatio eſt. Nutrix ad meritū mediatrix ad ꝑmium. Soror eſt patiētie. conſtantie filia. amica pacis. amiciciarum nodus. vnitatis vinculū. propugnaculum ſanctitatis. Tolle perſeuerantiā. nec obſequium mercedē habet. nec beneficium gratiam. nec laudem fortitudo. Deniqꝫ nō ſeruus beate virginis qui ceperit ſed qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit.

¶ Finit liber q̄ dicit̄ corona beate virginis

¶ Notandū q̄ plu
res ſ̃mones pn̄t formari. p̄cipue de btā v̄
gine ⁊ etiā alijs feſtiuitatibꝫ ex ſtellis coro
narum. b. virgīs ſupradictis. Et ꝑ forma
habent aliqui inferius annotati. Numerꝰ
vero hic poſitus numerꝫ folioꝝ ſignificat

¶ Sermo in natiuitate dn̄i. Folio. x.
De eodem. xi.
Sermo in epiphania domini. xi.
Sermo in purificatōne be. virginiſ. xij
Sermo in annūciatōne be. v̄ginis. xiij.
De eodem. xxvi. De eodem. xxviij
De eodem. xlviij. De eodem. lxvi
In die paſceues. Ser. de. b. v̄gi. xvij
Sermo in viſitatōne beate virginis. lxi
De eodem. lxij De eodem. lxxvi.
Sermo in aſſumptōne be. virginis. xv.
De eod̄. xvij De eod̄. lvi De eod̄. lxi
Sermo in natiuitate be. virginis. xlvij
De eodem. li. De eodem. lxij. De eo
dem. lxv. De eodem. lxxiij
Sermo in feſto pn̄tatōnis be. v̄gīs. lix.
Sermo in ꝯceptōe beate virginis. vij
De eodem. xxvij. De eodem. lx.
De eodem. lxiiij. De eodem. lxvi.
Sermo ꝯmunis de beata virgine. lxxv.
Sermo in feſto corpis. xp̄i. lxij.

Poteſt autem diligens lector plures ſer
mones inuenire in ſtellis ſupradictis

POMORSKA

16

XV. 12-13